

Libb. gravet. & antiz...
in Octavo

N. 38.

maxime ubi
volumen videtur
sh...
ad...

...
...
...
...
...




Handwritten text, mostly illegible due to fading and damage.

C.c. 122

Handwritten text, mostly illegible due to fading and damage.

II a 98





Handwritten text in a Gothic script, partially obscured by the page's edge and damage. The visible characters appear to be "JED" followed by some illegible characters.



ad unum ad ostensio ad
de re aliq^u dicitur

liber prima

Tercia

Demonstratio q^u continet^r bono et vitio
de liberatione q^u versat^r iⁿ suadendo et dissuadendo
iudiciali q^u tractat^r generaliter forenses

ad quid potest nosse genus rationis

principio potest ad hoc, posteaq^{ue} tempore,
casus aut necessitas, negotium de q^u
dicendum aut sciendum est obiter.
ut, ut cognito cause genere, petamus
quid loco dicendi materiam et argu-
menta, quibus negotium commode tractari
possit et exponi possit. Similiter ut rem
se possimus qui sit totius cause et ora-
tionis finis seu proprius

Demonstratio generis quo vltim^o bono et
et vitio tractando quadruplex est



venit laudat
aut facta v
aut res v iustitia

7 partes orationis sicut sunt

1 Exordium dicitur quod est
partes orationis ante
quod preparant animi auditum

2 Narratio est expositio rerum seu
declinatio ratione

3 Propositio est ratio caput et p[ri]m[us]
p[ri]ma pars totius tractatus seu tractatus
est narrationi subiungenda est.

EX

4 Confirmatio est p[er] q[ui]bus arguuntur
tam de nostris ratione fidei et auctoritate
et firmiter adiungit oratio


5 Confutatio est dissolutio argu-
mentorum que poterant ratione obijci


6 Petoratio dicitur Epilogus et con-
clusio orationis in q[ui]bus repetuntur
argumenta

JED 1001









F
A

JED 1 2 3 4



*hinc possessor uagili
domini fructu amittit metis*

ELVCIDA
RIVS POETICVS CONTI-
NENS HISTORIAS POETICAS,
fabulas, insulas, regiones, urbes, flu-
uios, mōtesq; insigniores, atq;
huiusmodi alia, omnibus
adolescētibus in po-
esi uersantibus
oppidoq; ne-
cessari-
us.

Collectore Hermanno
Torrentino.

BASILEAE apud Tho-
mam Volfium,

AN. M. D. XXXII.
Mense Augusto.

*Hinc maior tibi donamq; randa
Parloris et nostri commemorat ut las
Nol a hinc ruying, hinc ruying
~~_____~~ multa penda mora est
Si pluriu accepit*

LIBV GILDV

RIVE POTIICVS CONTI

RENS NISTORIAS POTIICVS

fabulas in ista regione, ubi dicitur

esse in ista regione, ubi dicitur

indianorum alia, omnibus

adhibere dicitur in po

et in ista regione

opibus dicitur

et in ista regione

Collectione dicitur

et in ista regione

et in ista regione

et in ista regione

et in ista regione

et in ista regione

1757

1757



HERMANNVS TOR
rentinus Lectori S. D.



V M permulta quotidie in lucem pro-
deant elegantia carmina à doctissimis
ingenijs elucubrata, in quibus tamen a-
liquæ semper difficultates sunt quæ ru-
dem maxime lectorem teneant irretitum, sepe roga-
tus sum à plerisq; studiosis, ut in hoc aut illud poema
commentariolum scriberem. Quorum precibus semel
atq; iterũ (quæ mea facilitas ne dicam temeritas est)
ut potui satisfeci. Tandẽ uero animaduertẽs in diuer-
sis et multis libris, unũ atq; idem sæpius explanandũ
occurrere, operæpretiũ duxi fore, si in unũ libellũ re-
digerentur ea uocabula, quibus poëtæ frequentius u-
tuntur. Hoc est fabulosorũ deorũ, illustriũ hominum,
prouinciarũ, insularũ, urbium, fluuiorũ, fontium, et
montiũ nomina. Item patronymica quæ magnã sæ-
pe nubem legentibus obijciunt. Hic igitur multas poë-
ticas fabulas, multas etiã priscas historias quanta po-
tuimus breuitate per ordinẽ alphabeti collegimus, stu-
diosis lectoribus, quibus aliunde nõ est adiumentum,
prodesse cupiẽtes. Quod opusculũ nostrũ nõ in poësi
tantũ, sed in historijs etiã sanctorũ perutile futurum
existimamus, cum hic ueluti in speculo uidere liceat,
ubi terrarũ sint ea loca, in quibus sancti homines aut
uixerunt, aut mortui sunt. Quæ omnia ut facilius in-

A 2 uenias

uenias amice lector scito, quod orthographiā secuti,
multa nomina quæ initio sonāt e, scripsimus per æ uel
œ, ut Aegyptus, œbalia. Multa etiā quæ sonāt f, scri-
pta sunt per ph, ut phlegeton, phaëton, quod aliqui
scribunt male phœton uel phæton. Debes ergo diligen-
ter quod scire uis quærere, nec uno tantū loco sed plu-
ribus, quia forsā inter aspirata cōperies, quod alibi
quærebas. Ut autē huic opusculo fides habeatur, no-
uerint qui legent id ex multis & probatis authoribus
esse collectum, uidelicet ex Sallustio, Liuiio, Strabone,
Plinio, Iustino, Vergilio, Nasone, Perotto, Tortellio,
à quo tamen interdū grauiori fretus authoritate de-
sciui. Ex uarijs etiā poëtarū interpretibus aliqua sum-
psimus, & ex Græco item uocabulario fratris Iohan-
nis Castroni carmelitæ, quod λέξιον κατὰ Σίχρει-
ων inscribitur. Porro nemo culpet quod fabulas scri-
psimus, quæ etiā in sacris libris quādoq; sunt necessa-
rie cognitu, quod is demū fatebitur qui diui Augusti-
ni, diuiq; Hieronymi scripta perlegit. Verū à pluri-
bus est iam pridē accurate defensa causa poëseos, nec
tamen unquā futurus est nequissimus zoilus, omnium
eorū, qui de literis bene mereri student, impudentissi-
mus calumniator. Chalcographorū siqua erunt erra-
ta, mihi quæso non imputentur. Vale lector,

Torrentinum ut studiosum mutuo

amore prosequere.

ex quibus autho-
ri-
bus hic liber col-
lectus sit.

DE LITERA A



BAS rex duodecimus Argiuorum, pater Proeti Acrisij, & auus Persei. Qui omnes ab ipso appellantur Abantiadae. Abas alius fuit Troianus nobilis & comes Aeneae, & facit genitiuum abantis. Abantis insula quae etiam Euboea dicitur. Abantes populus Euboeae insulae.

Abatos media curta, insula in finibus Aegypti circa Memphim, circumdata styge palude. In qua insula sepultus fuit Osiris rex, de quo infra.

Abdera longa, urbs Thraciae. Alio nomine post dicta Clazomene. Inde Abderites scilicet aliquis de Abdera.

Abydus longa fuit urbs Asiae ad Hellespontum sita, patria Leandri, de quo infra Abydeus uel Abydenus.

Abyla est altus mons Mauritaniae ad mare, quod Africam separat ab Europa.

Abile uero oppositus est mons Calpe in Hispania, & hi montes uocantur columna Herculis.

Aborigenes erant antiquissima gens per Italianam sparsa, qui tandem cum Troianis Romam condiderunt, ut ait Sallustius.

Absyrtus filius Oetae regis Colchorum. Alio nomine Aegialeus, quem soror eius Medea sequens Iasonem laesit, ut sic retardaret patrem uolentem eam retrahere a

A 3 fuga

DE LITERA A

fuga, unde locus ille dictus est tomos, id est, incisio.

Academia fuit locus nemorosus mille passibus distans ab Athenis, & ab Academo quodam heroe denominatus. In hoc loco fuit uilla ubi Plato natus & philosophatus est. Unde Academici philosophi dicti sunt qui Platonem sequebantur. Erant etiã noui Academici qui nihil affirmabant, & nihil scire posse asserabant. Item Academia fuit etiam uilla M. Tullij in Campania iuxta puteolos.

Accaron urbs Palestinae in Iudaea

Achaia est ampla regio Graeciae & pene insula, nam Aegeo & Ionio mari cingitur, praeter exiguam partem. In uno sine quo duo maria praedicta conueniunt, sita fuit Corinthus, urbs olim ditissima. Eadem regio etiam dicta est Peloponnesus & Danaa, nunc uulgo Morea uocatur.

Achaus & Achiuus est aliquis de Achaia.

Achæmenes penultima breuiata fuit primus rex Persarum, à quo postea reges omnes descenderunt usque ad Darium, & uocati sunt Achæmenidae.

Achæmenius. i. Persicus uel Parthicus. Luc. Passus Achæmenijs löge decurrere cãpis, ab achæmene rege.

Achantus fuit puer regius conuersus in arborem. Est enim spina Aegyptia semper frondens.

Acarmania est regio, & pars Epiri, quam Achelous amnis ab etolia separat. Hinc Acarnanus, id est, aliquis de illa prouincia.

Achates

DE LITERA A

Achates fluuius Siciliae, & lapis apud illū flu. pri-
mo repertus. Itē secundū Vergiliū fuit comes Aeneae.

Acestes rex Siciliae filius Crimnisiij fluminis, & Se-
gestae Troianae.

Achelous filius Oceani et Tethyos, cū Hercule dis-
ello certauit pro Deianira filia Oenei regis Calido-
niae. Sed uidens Hercule fortiorē, se uertit primo in ser-
pentem. Deinde in taurū, cui Hercules amputauit cor-
nu, quod copia comiti fortunae datum est. Tunc uictus
Achelous, se occultauit in fluuio, qui ab eo denomina-
tus est. Nam reuera Achelous est fluuius Graeciae, qui
oritur in monte Pindo, & etoliam ab Acarnania di-
uidens, tandem in maliacum mare descendit.

Acheron dicitur à poetis fluuius inferorū, quasi si-
ne gaudio. Item secundum Pliniū est fluuius Lucaniae.
Seruius aut scribit esse locum in Campania montibus
septum, ubi necromantia exercebatur.

Acherusia palus iuxta Cumas oriens ex acheron-
te. Item lacus Thesprotiae in Epiro, ex quo lacu prof-
luit amnis acheron, qui in ambratiū sinum defertur.

Acidalia dicitur Venus, ab Acidalio fonte Boetiae,
qui sacratus fuit gratijs & ueneri.

Acontius iuuenis ex insula Caea profectus in Delū
ad sacra Dianae, exarsit in amorem Cydippes puellae
nobilis, unde nouā fraudē cōmentus scripsit in poma-
chos uersus: Iuro tibi sane per mystica sacrae Dianae.
Me tibi uenturam comitem sponsamq; futuram.

DE LITERA

Hoc pomum Acontius iecit in sinum Cydippes. Que uersus legens iurauit imprudens, & illi nubere etiam morbo coacta est.

Achilles uel Achilleus, heros Græcorū fortissimus, filius Pelei regis Thessaliæ Thetidis filiæ Chironis, occisus tandem fraudulenter à Paride apud Troiam in templo Apollinis, quo uenerat sub inducijs ut duceret Pollixenam filiam Priami. Fuit autem inuulnerabilis præterq̃ in parte pedis, qua Thetis eum puerū tenuit dum eius rei gratia ipsum aqua stygia immerfit, sepultus fuit in Sygeo promontorio Troiæ.

Acmonides unus cycloporum, uide Brontes.

Acrisius rex Argiuorum filius Abantis, qui eum haberet unicam filiam nomine Danae, & audisset ab oraculo, quod à nepote suo esset occidendus, filiam in turri conclusit, ne filius ex ea nasceretur, uide infra Danae. Alius fuit Acrisius auus Vlyssis.

Acroceraunia sunt excelsi montes Epiri, diuidentes Ionium mare ab Adriaco. Alij sunt eodem nomine montes inter Armeniam & Iberiam dicti à fulminibus, quibus impetuntur. Nam ἀκρος mons uel summitas κεραύνωρ uel fulmen.

Acrocorinthus est altus mons inter Aegeū & Ionium mare, sub cuius radice est urbs Corinthus.

Acron fuit Ceninensium rex in Italia, quē Romulus singulari certamine uicit & occidit, & eius arma Ioui Feretrio ut optima spolia dedicauit.

ACTEON

DE LITERA A

Acteon Aristei filius ex Autonoe filia Cadmi, cui post uenationē petisset secretū fluiū, uidit ibi Dianā se nudā lauāntem, quae indignata mutauit eum in ceruum, & cum domū redire uellet, laceratus est à canibus suis. Ouidius: Inscius Acteon uidit sine ueste Dianam. Præda suis canibus non minus ille fuit.

Actium oppidum Epiri, & promontoriū ad mare, ubi Augustus Antonium uicit nauali prælio.

Actorides, id est Patroclus nepos Actoris.

Adiabena regio orientalis prope Assyriam.

Admetus e producta fuit rex Thessaliæ, cuius armenta nouem annis paut Apollo.

Adonis o producta filius Cynaræ regis, ex Myrrha filia sua. Qui cum formosus esset amabatur à Venere. Tandem à capro necatus est, cui & annua ludendi festa sunt instituta, & cruor in florem mutatus fabulatur. Templū habuit Adonis in Biblo urbe Phœnicia, ubi pater eius regnauerat. Item Adonis dicitur fluius prope Biblum urbem.

Adrastus rex Argiuorum, qui Thebanis bellū mouit pro Polynice genero suo.

Adria fuit urbs Italiæ ad mare quod ab ea uocatur Adriaticum uel Adriacum. Ponitur etiam Adria pro ipso mari.

¶ Sequentia scribuntur per æ diphthongon.

Aeas fluius Epiri ex Macedonia profluens in Ionium mare. Lucanus: Purus in occasum parui sed gurgitis æas.

A S Aeacus

DE LITERA

Aeacus Iouis filius ex Aegina qui regnavit in insula Enopia, quã ipse uocavit à nomine suæ matris Aegina, hic dicitur esse iudex inferorũ cũ Rhadamãto & Minue. Ovi. Tuasq; Aeacus in poenas ingeniosus erit.

Acacides, id est, Achilles Aeaci nepos. Nam Aeacæ ei filius fuit Peleus pater Achillis.

Aedon mons Thraciæ. Inde Aedonus possessivum. Verg. Ac uelut aedoni boreæ cum spiritus alto &c.

Aedonis dicitur mulier è Thracia.

Aedon per tres syllabas, est Philomela.

Aeta uel **aetes**, rex Colchorũ pater Medæ. Statius: Nõ tulit aetes ferroq; & classe secutus. Inde **Accæ** tias patronymicum, id est, Medea filia Aetæ.

Acea urbs Colchorum ad Phasim fluuium,

Aegeus rex Athenarum pater Thesei, qui ob dolorem quem de falsa filij morte habebat, se deiecit in mare, quod ab ipso uocatur **egeum**.

Aegeũ mare est, & prope Graciã amplũ, & multas habens insulas, dictũ ab Aegeo rege, uel à quodã in eo saxo quod habet speciẽ egeos. i. capræ. Est autẽ inter Hellepontũ & Tenedum.

Aegeon fuit gigas, titani & terræ filius, qui & Briareus dicitur. Quẽ Ioui rebellantẽ Neptunus ligauit ad scopulos egei maris. Statius, Audierat duros taxantem egeona nexus. Ver. Aegeon qualis centũ cui brachia dicũt Centenasq; manus quinquaginta oribus ignem.

Aegina

DE LITERA A

Aegina filia Asapi regis Boetiae, quam Iupiter in specie ignis grauidauit, & ex ea genuit Aeacum & Rhadamanthum. Est etiã insula in qua regnauit Aeacus quæ prius Enopia dicebatur, sed ut ait Ouidius: Aeacus Aegina genitricis nomine dixit.

Aegeria fuit nymphea nemoris aricini, & uxor Numæ regis, quo mortuo, ipsa præ fletu uersa est in fontem, ut fabulatur Ouid. 15. Metamor.

Aegyptus est regio Africae, quæ ab oriẽte iungitur Assyriæ & rubro mari, ab occidente Cyrenem habet, à meridie Aethiopiam, à septentrione mare Aegyptium. Plinius tamen Agyptum ponit in Asia, sed proxime Africam.

Aello per tres syllabas, est una de Harpyis.

Aegisthus filius Thyestis ex Pelopeia filia sua. Cũ enim Thyestes adulterasset Aeropem uxorem fratris sui Atrei, Atreus filios fratris occidit, & illi comedendos apposuit. Thyestes uero ex oraculo didicit q̄ ex filia sua gigneret filiũ qui uindicaret hoc nefas. Igitur Aegisthus cũ adoleuisset occidit Atreum, deinde eius filium Agamemnonem adiuuante Clytemnestra Agamemnonis uxore. Ipse quoque Aegisthus ab Oreste filio Agamemnonis peremptus est.

Aegiochus dicitur Iupiter, ab ægos, id est, capræ memoria, à qua fuit puer nutritus in Creta insula.

Aegle fuit nymphea, filia solis ex Neera.

Aegeos flu. Thraciæ in quem dedit de sole saxũ eo die quo

DE LITERA

die quo predictum erat ab Anaxagora philosopho:
Aemilia est regio Italiae, quae & Flaminia dicitur,
in qua Bononia est & Imola & Rauenna.

Aeneas nobilis Troianus Anchisae & Veneris fili-
us, post excidium Troianum post longos errores in Ita-
liam uenit, ut scripsit Vergilius.

Aeolus filius Iouis ex Acesta filia Hippotae Troia-
ni, à quo dicitur Hippotades. Ouid. Aeolon Hippotae-
den cohibentem carcere uentos. Hic regnauit in Aeol-
ia, & inuenit rationem uentorum, & flatus illorum pra-
dixit, unde rex & deus uentorum dicitur à poetis.

Aeolia est regio septem insularum inter Italiam & Siciliam,
quae & uulcaniae dicuntur, scilicet Lipare Hierae,
Strongyle, Didyme, Eryphisa, Phoenicusa, Prochyta.

Aeolis uel Aeolia, est regio graecorum in Asia, inter
Ioniam & Troadem sita, hinc dicitur Aeolica lingua
una Graecorum.

Aeolis. i. filia aoli nomine Canace, uide infra Can.

Aemonia est regio Graeciae, alio nomine Thessalia.

Aemus est mons Thraciae, uel inter Thraciam ac

Aeonocaua est mons excelsus in (Thessalia.

Aethiopia semper ardens.

Aeropis o producta, fuit uxor Atrei à Thyeste ad-
dulterio corrupta. Oui. Si non Aeropem frater scele-
ratus amasset.

Aesacus fluius Troianus ad Idam montem. Item
filius Priami regis, qui cum in sylua sequeretur Epe-
riens

DE LITERA A

riem puellam, & illa fugiens, à serpente fuit occisa, ipse doloris & amoris impatientia cum de scopulo se iecisset in mare, à Thetide mutatus est in auem mergum, ut ait Ouidius. II. Metamor.

Aeschines orator Athenien. amulus Demosthenis.

Aeschylus poeta Græcus tragicus antiquus, necatus ab aquila testudinem super caluum caput eius dormientis demittente.

Aesculapius Apollinis & Coronidis nymphæ filius, medicinae deus habitus. Item à Ioue fulmine occisus eo q̄ Hippolytū arte medica reduxisset ad uitā. Colebatur hic primo Epidauri, unde uocatur Epidaurius. Et colebatur in specie serpentis. Nā Romanis in Epidaurum profectis tēpore pestilētiae, ut Aesculapiū Romanam portarēt, serpens grandis nauē ingressus est, quē illi deum Aesculapiū esse rati, secum duxerunt.

Aesquilæ mons aut locus in urbe Roma. Alij scribunt Exquilæ. Vide infra in E.

Aeson Critei filius, frater Peliae regis Thessaliae, & pater Iasonis qui ab eo uocatur Aesonides. Aesonem uero Medea rogatu Iasonis de sene iuuenem fecit suis ueneficijs.

Aetra uxor Aegei, materq̄ Thesei

Aetna mons Siciliae, quondā perpetuo igne terribilis, & quandoq̄ globos igneos lōgius emittens. Inde Aetneus.

Actolia est regio Gracia inter Acarnaniā & Phocidiam

DE LITERA

eidem, in qua sunt urbes Calidon, olenos & pleuron,
Aetolus o pro aliquis de Aetolia. Ver. Nō erit auxilio

Aethon unus equorū (nobis Aetolus & arpi.
solis. Itē equus Hectoris & Palātis secundū Vergiliū.

Aethiopia est regio inter Arabiam & Aegyptum
uersus austrum, nigros homines præ nimio calore pro
ducens. Vnde dicuntur Aethiopes à Græco uerbo etho
quod est uro uel incendio.

Agamemnon filius Atrei rex Mycenarū & frater
Menelai, qui à Troiano bello reuersus à Clytemnestra
uxore & Aegistho adultero fuit occisus.

Aganippe fons in Aonia musis sacer, unde muse
dicuntur Aganippedes.

Agathyrsi populus Scythicus ceruleo capillo.

Agathocles tyrannus Siciliae humili genere natus,
utpote figuli filius, qui per multa scelera inuasit ty-
rannidem, multaq; gessit bella cum Carthaginensibus
uaria fortuna, de quo Iustinus 17.

Agauē filia Cadmi, & uxor Echionis, quæ inter
Bacchanalia filiū suū Penthea regē Thebarū necauit.
Hora. Quid caput abscisum demens cū portat Aga-
ue & c. Iuena. accipit pro Thebaide Statij: Esurit in-
tactam Paridi nisi uendat Agauen.

Agenor e lōga, rex Phœnicum filius beli, & pater
Cadmi.

Agilla uetus urbs Thusciae, quæ & Cære dicta est.
Agylleus est agnomen Apollinis, ab eo q̄ in uijs pu-
blicis

DE LITERA A

Glicis colebatur. Nam *agyia* est uia.

Agis rex Lacedaemoniorum, occisus à suis ciuibus in carcere, eo quod leges *Lycurgi* reducere & bona publicare uellet.

Aglaia est una *Gratiarū*, & interpretatur claritas

Agragas oppidū *Siciliae*, quod & *Agri-* (do. gentum dicitur.

Aglauros filia *Erithei* regis *Athenarum*, à *Mer-* curio in saxum mutata. *Ouid.* 2. *Metamor.*

Agrippa filius *Aristoboli* filij magni *Herodis*, à *Tē-* berio *Cæsare* coniectus in carcerem, sed à *Caio Cæsare* rex *Iudææ* factus.

Agrippa alius fuit inter proceres *Augusti* uictoria nauali cōtra *Sex. Pōpeiū* insignis, & gener *Augusti*.

Agrippina fuit filia *M. Agrippæ* prædicti. Alia fuit mater *Neronis*, quæ post uiri mortē *Claudio Cæsari* nupsit, & filio suo imperiū obtinuit ad suā & totius urbis perniciem. Item *Agrippina* est insignis urbs inferioris *germaniae* metropolis & *Coloniae Romanorum*. Vnde uulgo dicitur *Colonia*.

Ajax *Telamonis* filius, ex *Hesione* filia *Laome-* dontis, fortissimus *Græcorū* post *Achillem*, sed *Achille* occiso cum illius arma peteret *Ajax*, & *Vlysses* eloquentia sua à iudicibus illa accepisset, *Ajax* præ ira insaniens, pecora multa occidit, credens *Vlyssen* cum socijs illius se occidere. Deinde etiam seipsum occidit, de cuius cruore (ut ait *Ouidius*) flos *hyacinthus* creuit

DE LITERA A.

creuit. Alter eodē tēpore fuit Ajax Oilei filius rex Lo
crensiū uelox pedibus, & peritus hastæ uibranda, hic
capta Troia Cassandram uirginē & uatem in templo
Palladis uiolauit, propterea domum repetens, fulmi
ne exustus est in mari cum sua nauī.

Alani populus Scythicus prope Istrum. Luca. Et
sequeretur duros aeterni Martis Alanos.

Alba fuit urbs in Latio condita ab Ascanio filio
Aeneæ, quā Tullus Hostilius rex Ro. euertit. Est Alte
ra Alba ciuitas Lōgobardia, à qua fit Albensis. Nam
à priore Alba dicitur Albanus.

Albania est regio orientalis inter Colchū & Ar
meniam. Altera nunc uocatur Albania inter Illyricū
& Macedoniam, in qua est urbs Dyrachium.

Albula est fluuius ex Apenino Romā fluens, alio
nomine Tyberis. Sed albula nomen antiquius est.

Alburnius mons Lucania.

Alceus poeta Lyricus Mitylenæus. Sappho. Nec
plus Alceus consors patriæq; lyreq; Laudis habet.
quāuis grandius ille sonet: alius fuit auus Herculis.

Alceste uel Alcestis fuit uxor Admeti regis Thessa
lia, quæ pro uiri salute se morti tradidit. Nam rege
egrotante responsum fuit ab oraculo, quod breui mo
reretur, nisi quis amicorum pro eo morti se traderet,
quod cū oēs recusarēt, ipsa promptissimā se obtulit.

Alcibiades uir Atheniensis pulcherrimus, nobilissi
mus, eloquentissimus, & bellicæ rei peritissimus, sed
ita plenus

DE LITERA A.

ita plenus omnibus uitijs, ut nescias, utrum uirtute an malitia fuerit insignior.

Alcida fuit belua terribilis, & igne uomens à Pallade tandem occisa.

Alcides i producta, dicitur Hercules, uel ab Alceo auo suo, uel à græco nomine alci quod est robur.

Alcinous rex Pheacum in Corcyra insula diligens hortorum cultor, qui Vlysssem naufragum perhumaniter accepit.

Alcman poeta lyricus primus, pediculari morbo mortuus.

Alcmaus uel Alcmeon filius Amphiarai auguris, qui in ultionem patris sui matrem occidit. Vide infra Eriphyle.

Alcmena Electrionis filia & Amphitryonis uxor ex qua Iupiter genuit Herculem.

Alcmeon Crotoniates philosophus, auditor Pythagoræ, qui primus de natura rerum scripsit.

Alcon sagittarius Cretensis, cuius filium cum draco complexus esset, tanta arte sagittam direxit, ut illeso filio necaret draconem.

Alecto est una trium furiarum infernalium: aliarum nomina sunt Megera, & Tisiphone, & dicuntur filie Acherontis & noctis.

Aleria urbs & Romana colonia in Corsica insula.

Alemanii sunt germani uel teutoni, dicti ab Alemano fluuio, uel Manno filio Teutonis.

B

Alexan-

DE LITERA A.

Alexandria urbs Aegypti caput, ab Alexandro magno condita prope ostium Nili, quod Canopicum dicitur, aliam eodem nomine struxit idem rex in Asia. Aliam item in Scythia super Tanaim. Dicitur etiam Alexandria e producta. Propertius: Noxia Alexandriae dolis aptissima tellus.

Alexandria etiam est urbs Liguria uel Longobardiae ab Alexandro pontifice maximo condita.

Allia uel allia fluuius non longe à Roma distans, apud quem Romanus exercitus olim deletus fuit à Gallicis Senonibus duce Brenno. 15. calen. sextiles. Lucan. Et damnata diu Romanis Allia fastis.

Almo paruus fluuius ad urbem Romam.

Allobroges populus Galliae iuxta Rhodanum, nunc Sabaudienses dicti.

Aloeus per eum diphthongon fuit gigas Titani et terrae filius, ex cuius uxore Ipimedia Neptunus genuit gemellos, scilicet Oetum, et Ephialtem, qui dicuntur Aloidae, et fuerunt maximi gigantes. Vergilius: His et Aloidas geminos immania uidi Corpora qui manibus magnum rescindere coelum Aggressi etc. Claudia. Cum gemini fratres genuit quos asper Aloeus. Martem subdiderint uinclis.

Alpheus fluuius Achaiae iuxta Pisam urbem, teste Plinio.

Alpes sunt excelsi montes, Italiam separantes à Gallia et Germania. Lucanus: Gallica per Gelidas
Tobias

DE LITERA A

Rabies effunditur alpes. Hinc Alpinus.

Althea filia Thestij, & uxor Aenei regis Aetoliæ,
& mater Meleagri, quæ filiū fatali stipite combussit,
ut infra dicetur de Meleagro.

Amaracus puer regius, qui pretiosa ferens unguē-
ta cecidit, & mortuus, dicitur mutatus in herbā odo-
riferam, quæ & sansucus uocatur. Vergilius: Vbi mol-
lis amaracus illum &c.

Amanus est mons qui Syriam à Cilicia separat.

Amalthea fuit nutrix Iouis infantis. Nam Melissus
rex Cretæ, duas filias habuit. s. Amaltheam & Me-
lissam, quæ Iouē caprino lacte et melle nutrierūt. Alij
dicuntur illam caprā appellatā esse Amaltheam.

Amathus huius amathuntis est insula in aegeo ma-
ri, sacrata Veneri. Verg. Est amathus est celsa mihi pa-
phos atq; cythera. Etiā est oppidū Cypri insulæ

Amasenus est fluuius Volscorum in Latio: etiam
fluuius Siciliae. Ouidius: Necnon Sicanias uoluens A-
masenus arenas.

Amasis rex Aegypti. Luca. Non mihi pyramidum
tumulis euulsis Amasis.

Amazones erant foemine Scythicae bella gerentes,
& sine uiris habitantes. De quibus multa Iustinus li.
2. In singulari numero dicitur amazon, quod inter-
pretatur sine mamma, quia puellis dextras mammas
deurebant, ne sagittarum iactus impediretur.

Ambracia fuit urbs Epiri, post ab Augusto cum

B 2 uicisset

DE LITERA A

uicisset Antonium dicta Nicopolis.

Ameria oppidum Umbriae, inde Amerinus.

Amyclæ arum, urbs Laconia, patria Helena. Alia fuit in Campania, quæ à serpentibus deleta fuit secundum Plinium.

Ammon dicitur Iupiter in specie arietis, sicut colebatur in Libya. Nam Bacchus cū exercitu in Libya sitiens, ductu arietis inuenit fontē. Credens igitur arietem illum Iouem fuisse, templū ibi struxit, in quo posuit simulacrū arietis. Et uocatur Ammon, id est, arenarius, quia templū situm est in arenoso loco.

Amphiarcus Oiclei filius argiuus uates & augur, quē Adrastus rex cōtra Thebanos bellaturus secū ducere uoluit, sed ipse præsciens se illinc nō rediturū latuit. Tandē ab Eriphyle uxore sua proditur, & proficisci coactus, primo die quo uenit ad Thebas hiatus terræ fuit absorptus, ut ait Statius in Thebaide.

Amphion filius Iouis, ex Antiope, rex Thebarum, & inuentor musices, unde dicitur cantu saxa cōponuisse in murum. Horatius: Dictus & Amphion, Thebanæ conditor urbis, Saxa mouere sono testudinis & prece blanda &c.

Amphisa fluuius in Phocide.

Amphitryon Thebanus princeps, maritus Alcmenæ matris Herculis, q̄ ab eo dicitur Amphitryoniæes.

Amphitrite filia Nerei, & uxor Neptuni: & ponitur pro mari, Ouid. Nec brachia longo Margine ter-

rarum

DE LITERA A

varu in porrexerat Amphitrite.

Amphrysus fluuius Thessaliae, iuxta quem Apollo
pauit armenta regis Admeti. Luca. Et flumine puro
Irrigat Amphrysus famulantis pascua Phœbi.

Amphisibæna serpens duobus capitibus, quorū al-
terum habet in cauda. Lucanus: Et grauis in geminū
surgens caput Amphisibæna.

Ana fluuius Hispania, qui Beticam & Lusitaniā
diuidit. Oritur in Amminitano agro citerioris Hispan-
nia, & modo in stagna se fundens, modo in angustias
resorbens, aut in totum cuniculis condens, & saepius
nasci gaudens, in Atlanticum Oceanū effunditur.

Anacreon poeta lyricus, ex Teo urbe Ionum, unde
dicitur teius, hic grandeuus acino uuae passæ strangū-
latus obiit.

Anacharsis Scythæ doctus philosophus, & frater
Cadnidi regis Scytharum, à quo in uenatione sagitta
fuit occisus, eo quod leges Græcorum Scythis tradere
conaretur.

Anagrus fluuius Thessaliae.

Anagnia ciuitas Hernicorū in Latio. Verg. Quos
diues Anagnia pascit.

Anapis fluuius Siciliae. Ouidius: Præterit & Cya-
nem & fontem lenis anapis.

Anaxagoras philosophus Clazomenius, qui philo-
sophiæ causa patriā reliquit, opesq; contempsit. Nam
patriam sibi coelum esse dicebat.

B 3

Ana

DE LITERA A.

Anaxarchus Abderites philosophus familiaris Alexandro magno, occisus tandem à Nicocreonte Cypriorum praefecto.

Anaximander Milesius philosophus, auditor Thaletis & successor. Qui primus coelestia signa docuit.

Anaximenes auditor & successor Anaximandri, & magister Anaxagorae

Anaurus fluuius lenis in Thessalia quasi sine aura.

Ancile fuit breue & rotundū scutū prolapsū cœlitus, ut aiunt, regnante Numa, qui ad illius similitudinem fieri curauit. u. talia, & per salios deferri cunctatione per urbem.

Anchises Troianus nobilis filius Capys filij Assæraci fratris Ili regis Troiani, qui Anchises ex Venere genuit Aeneam.

Ancon uel ancona urbs in Piceno ad mare adriaticum. Luca. Illic dalmaticis obnoxia fluctibus Ancon.

Ancus Martius fuit quartus rex Romanorum.

Andabatae quidā populus clausis oculis pugnans.

Andes fuit uicus prope urbē Mantuā, ubi natus est Virgilius. Vnde uocatur andinus uates.

Andes populus Galliae in prouincia Turonēsi, qui modo uocantur andegauenses,

Androgeus filius Minois regis Cretae, occisus dolose ab Atheniēsis & Megarēsis. Quare Minos Megaram uastauit, & Athenienses coegit quotannis mittere Cretam septem adolescentes, & totidem puellas deuorandas à minotauro.

Andro

DE LITERA A

Andromache fuit uxor Hectoris, quā post excidiū
Troiae Pyrrhus filius Achillis abduxit in Græciā,
& ei Helenum filium Priami uirum dedit.

Andromeda filia Cephei regis Aethiopū & Cassi-
opes, quæ propter superbiam matris à nymphis alligata
fuit saxo, & marinæ beluæ exposita in oppido Iop-
pe. Sed Perseus eam liberauit, & uxorē duxit. Est eti-
am coeleste signum uel sidus.

Andros insula & oppidum in Myrtoo mari primæ
Cycladum.

Anio uel Anien, flu. ex Alpibus fluēs in Tyberim.

Anitus fuit Atheniensis diues, qui cum Melito &
Lycone Socratem accusauit, & occidi curauit. Et cor-
ripit mediam.

Antæus gigas in Lybia uel Mauritania, qui cum
Hercule singulari certamine congressus, quoties ab
Hercule prostratus terrā tetigit, toties fortior surre-
xit. Nam terra mater eius uires ei auxit. Quod notās
Hercules, illum à terra cōtinuit, & sic tandē occidit.

Antenor unus è principibus Troianorū, qui Pata-
uium in Venetia condidit.

Anticyra est insula circa Phocidem, ubi Helleborū
multum nascitur, uel optime temperatur. Horatius:
Danda est hellebori multo pars maxima auaris. Ne-
scio an Anticyram ratio illis destinet omnem.

Antigone soror Priami, quam ob superbiam for-
mæ Iuno uertit in ciconiam, alia fuit Oedipi filia, quæ

B 4 patrem

DE LITERA A

patrem secū ducebat, & deinde cū pro more fratrum suorum corpora cremaret, occisa à Creonte tyranno

Antimachus poeta Græcus elegiarum scriptor.

Antiopa filia Nyctei & uxor Lycei Thebani regis, ex qua Iupiter Zetum & Amphionem genuit, Vide Dirce.

Antiochia urbs Syriæ à Seleuco Nicanore filio Antiochi facta.

Antiphates rex Lestrygonum Lami filius, qui Formias condidit oppidum.

Antisthenes princeps Cynicæ sectæ, Socratis auditor, ad quem quotidie ibat ex Pyrao. 40. stadijs.

Antiū fuit oppidū uetus in Latio iuxta mare, nūc penitus dirutū. Erat ibi tēplū Fortunæ, ut Ho. innuit.

Anubis filius Osiridis & Isidis, q̄ quoniā canibus gaudebat, ab ægyptijs deus habitus est in specie canis. Verg. Omnigenūq; deū mōstra, & latrator Anubis.

Auxur oppidū Volscorū: alio nomine Tarracina.

Aonia est pars mōtana Boetiæ. Nā Aones erat populus uetustus in Boetia, à quibus Aones montes dicti sunt, in q̄bus est fons Aganippe qui dicitur aonius fons Itē aonides uocātur musæ quibus ille fons dicatus fuit.

Apamea urbs Asiæ minoris à Seleuco facta.

Apelles pictor præstātissimus ex insula Co, uel ex Epheso, qui moriens reliquit Venerem imperfectam, quam nemo ausus est perficere.

Apidanus fluuius Thessaliæ, & corripit da.

Apis

DE LITERA A

Apis lingua Aegyptiaca bos dicitur, & erat uiuus bos quē colebant Aegyptij, sed certo tempore ipsum summergentes alium quærebant cum luctu.

Apicius nobilis Romanus ualde gulosus, unde pro guloso quocunq; accipitur.

Appia uia est à Roma in Cāpaniā, & ad mare usq; ad Brundusiū, quā Ap. Claudius Cos. lapidib. strauit.

Apollonia urbs in Epiro uel Macedoniae parte qua Albania dicitur. Alia Apollonia est in Syria: alia item

Apollo filius Iouis & Latomæ: alio (in Creta. nomine Phoebus, habitus deus sapiētiae & uaticiniij & carminum. Item deus bellicus. Vnde & citharam & arcum gestare dicitur.

Apoeninus mons Italiae ampliſſimus ab alpibus aut Liguria tendēs ad ſiculū fretū ac totā diuidens Italiā.

Aponus o breui, est flu. Venetiae iuxta Patauium.

Apulia regio Italiae mari Adriatico uicina, in qua sunt urbes Barrū, Beneuentū, Luceria & mons Garl

Aphrica est tertia pars orbis terræ, ſci= (gannus. licet inter Aſiam & Europam ad austrū ſita, incipiens à finibus Aegypti, & deſinens ad Gaditanū fretum. In hac sunt Mauri, Getuli, Numidæ, Garamantes, Aethiopes, & nobilis urbs Carthago.

Apher aliquis de Aphrica. Lucanus: Et ſolitus uacuis errare mapalibus Apher.

Aphricus est uētus ab Aphrica flans, ſcilicet inter austrum & zephyrum.

B S Aphro

DE LITERA A

Aphrodite est Venus sic dicta ab aphros quod est spuma. Nam de spuma maris nata dicitur. Vide infra Venus.

Aquitania est pars Gallie propinqua Hispanie. s. à Garumna flumine ad Pyreneum montem.

Aquila est urbs Aprutij uel brutiorū post Romā. Aquileia fuit olim clara urbs Venetie & transpadane regionis caput. Sed à Gothis diruta ciues Venetias migrarunt, & pauper uicus piscatorū nunc est.

Aquinū, ciuitas Campanie in uia Latina ad Melipim fluium, ut Strabo autor.

Arabia regio Asiae maioris, inter Iudeam & Aegyptum. Est autem triplex Arabia, scilicet Felix, Petraea, & Deserta.

Arachne puella in Lydia, lanificij, & acupingendi doctissima, quae cum se Palladi in arte praeferebat, & cum illa certare nō metueret, Pallas opus eius fregit. At illa indignata se suspendit, quam Pallas in araneam mutauit. Ouid. 6. Metamor.

Araris uel Arar, est fluius Gallie qui nunc Sagona dicitur, & per Burgundiam fluens circa Lugdunum Rhodano miscetur.

Aracynthus mōs Acarnaniae, dicatus olim Mineruae. Lactan. autē grammaticus ait esse montē Atticae.

Aratus poeta cilix, q̄ de astronomia uersibus scripsit.

Aratus alter fuit Sicyonius princeps optimus, qui patriam suam à tyrannide liberauit. De quo

Tullius

DE LITERA A.

Tullius in tertio libro de officijs.

Araxes flu. Armenia, super quē Mag. Alexander pontē fecit, & postea etiā Caesar Augustus.

Arcas filius Iouis & Calistonis, à quo arcades de nominati sunt, quos quia uetustissima gens est, fabulantur ante solem & lunam fuisse ex arboribus natos.

Arcadia est pars Achaiae mediterranea ante Drymodis & Pelasgis dicta, in ea sunt asini grandes.

Arcefilas Pitaneus philosophus academicus, auditor Crantoris. Pers. Nō ego curo Esse quod Arcefilas.

Archemorus Lycurgi regis & Nemeae filius, à serpente infans necatus, dum nutrix, quae sitientibus Argiuis fontem ostenderet, eum dimisisset in gramine. In cuius honorem instituti sunt ludi nemei. Alio nomine dictus fuit Opheltes. Vide in dictione Hypsipyle.

Archeptolemus fuit Hectoris auriga.

Archilochus filius Nestoris, occisus ad Troiā. Alter fuit poeta Lacedaemonius, iambici carminis inuentor, Horatius in arte poetica: Archilochum proprio rabies armauit iambo. Nam cum Lycambes quidam Archilocho filiam suam despondisset, ac deinde alteri tradidisset, poeta tam grauitur in illum scripsit, ut ille se suspenderet.

Archimedes Syracusanus philosophus, & maximus geometra, qui primus sphaeram fecit, occisus per ignorantiam uel iracundiam à quodam Romano milite, cum Marcellus consul Syracusas cepisset, & illū licet uictō

DE LITERA A

licet uictoriam diu impedisset, seruari mandasset, sed
bellicus furor consulis edictum neglexit.

Architas Tarentinus, pythagoricus nobilissimus,
qui Platonē cum à Dionysio tyranno necandus esset,
per epistolā eripuit, & in omni genere uirtutis ac sci-
entiae admirabilis, & princeps suae ciuitatis.

Arctos graece, ursa latine. Nam ad polū arcticum
sunt duae stellae quae uocantur arcti uel ursae, & à nau-
gantibus obseruantur, eo quod nunquā occidunt. Ma-
ior ursa dicitur Calisto uel Elice. Minor autem Cyno-
sura, hanc Phoenices obseruāt, illam uero Graeci. Cur
uocentur ursae, uide in dictione Calisto.

Arctous uel arcticus. i. borealis uel septentrionalis.

Arctophylax quasi ursae custos, est stella iuxta ma-
iorē ursam, quae et bootes dicitur. Est aut minor ursa.

Arcturus est stella clara in zona arctophylacis.
Quidam scribunt arcturū & arctophylacem uel Boo-
ten esse ursam minorem.

Ardea fuit urbs Rutulorū in Latio, quasi ardua. i.
alta, & in mōte posita, distans à Roma CLX. stadijs.

Arethusa est fons apud Syracusas urbē Siciliae. Fu-
it enim (ut fabulatur) uirgo uenatrix, quae cum in Al-
pheo flumine se lauaret ab illius fluminis deo amata fu-
it. Cuius uim ut euaderet, fugiēs inuocauit Dianā, &
in fontē est mutata. Est etiā fons in Mesia, teste Plinio.

Arclate urbs Galliae in prouincia Narbonensi.

Arctiū urbs Thusciae, quadringentis stadijs à Peru-
sio distans.

Argia

DE LITERA A

Argia i producta, fuit Adrasti regis Argiuorū filia & uxor Polynicis, quæ cum uiri sui in bello cæsi finis curaret, à Creonte tyranno necata fuit.

Argos uetus & nobilis urbs Achaia, quod etiam dicitur Argi pluraliter. Inde argiuus, argous, argolicus, de hac ciuitate existens.

Argo fuit nauis longa qua Iason cū. LIII. heroibus nauigauit in Colchū ad afferendū uellus aureū. Dicta est autē argo uel ab artificis nomine uel à sua uelocitate. Nam uetusto nomine argo uelocem significat.

Argonautæ dicuntur illi uiri q̄ in argo nauigauerūt in colchon. s. Iason, Castor, Pollux, Hercules, et ceteri

Argus filius Aristoris, qui centū oculos habere fingitur, quorū tantū bini somnū acceperunt, de quo ait Oui. Centū luminib. cinctū caput argus habebat. Inq; suis uicibus capiebāt bina quietē. Cetera seruabāt atq; in statione manebāt. Huic Iuno custodiendā dedit Io, mutatā in uaccā. sed Mercurius à Ioue missus dulcedine cantus sopitū illū occidit. Oculos tamen argi Iuno indidit caudæ pauonis, quæ dicitur auis iunonia.

Argiletum erat locus Romæ iuxta palatiū ubi dicitur Argus sepultus, & erant ibi tabernæ opificum. Alij ab argilla dictum locum putant.

Ariadne filia Minois regis Cretæ, quæ Theseū ingressurū labyrinthū adiuuit, & redeuntē in patriā secuta est. Quā tamē ille deseruit in insula Chio uel Naxo. Deinde Bacchus eam accepit uxorē. Cui Venus dedit co

DE LITERA A

dit coronā quā Bacchus nouē stellis ornatā coelo impo-
suit. Vnde est coeleste sidus, quod corona Gnosia dici-
tur. Verg. Gnosiaq; ardentis decedat stella coronæ.

Aricia fuit urbs in Latio post albanum montē in
appia uia, distans à Roma stadijs centum & 60. In-
de aricinus adiectiuum.

Arimasspi sunt Scythicus in Asia populus unū tan-
tum habens oculum in fronte. Qui & cum gryphibus
bella gerūt pro auro, & smaragdis, quæ gryphes colli-
gunt, Arimasspi nō sine periculo illis auferunt.

Ariminū urbs uetus in Flaminia iuxta Rubiconē
flu. qui Galliā à Flaminia separat. Et corripit penulti.

Arion citharædus ex Lesbo insula, charus Perian-
dro Corinthiorū tyranno. Qui in Italiā profectus, ar-
te sua grandē pecuniā promeruit. Cumq; iterū nauiga-
ret in Græciam, & nautæ propter suā pecuniā eum
uellent occidere, cithara canens delphinos allexit, quo-
rum unius dorso insiliens super illum uectus est ad lit-
tus. Vnde Verg. ait: Inter delphinas Arion.

Aristæus filius Apollinis, & Cyrenes filie Penei,
rex Arcadiæ, qui apum & mellis usum lactisq; coagu-
lum primus inuenit.

Aristides penultima producta, fuit Atheniensis no-
bilis & probus, cuius iustitiā nō ferens Themistocles,
eum exilio decem annorū damnari curauit. Sed ueni-
ente cum formidabili exercitu rege Persarū Xerxe,
pro salute patriæ reuocatus est. Tandē cū multas præ-
fecturas

DE LITERA A

fecturas administrasset, ita pauper tamen obiit, ut uix sepeliri posset. Alius fuit Thebanus pictor insignis, qui primus animos & uultus expressit.

Aristippus Cyrenes, auditor Socratis, hic uoluptatem statuit esse summum bonum, cuius sectatores dicti sunt Cyrenaici. Hic etiam primus philosophiam quæstui habuit, & Dionysio tyranno adulabatur, quare Diogenes eum uocauit regium canem.

Aristos fuit pater Platonis: Item alter philosophus Peripateticus.

Aristoteles stagyrites, id est, ex oppido stagyra: filius Nicomachi medici. Anno ætatis suæ. 17. profectus Athenas, audiuit Platonem annos. 20. Deinde à Philippo rege accersitus in Macedoniam, decem annis fuit circa disciplinam Alexandri. Quo in Asiam profecto redijt Athenas, & in Lycio gymnasio. 13. annis docuit. Postea accusatus, q̄ de dijs non recte sentiret, cedens inuidiæ, abiit in Chalcidem, ibiq; reliquæ uitæ transegit. Hæc ex Laertio.

Aristoxenus musicus, & Aristotelis auditor.

Arpi urbs Apuliæ à Diomede condita, quæ & argi ripa dicitur.

Arpinum fuit oppidum Volscorum in Latio, unde Marius consul & M. Cicero fuerunt orti.

Arsaces a breui, fuit primus rex Persarū uel Parthorū. Vnde oēs parthorū reges uocantur Arsacide.

Armenia est regio Asiæ inter Taurum & Caucasum

DE LITERA A.

sum montes, & à Cappadocia ad caspium mare protensa. Est autem duplex, scilicet maior & minor.

Arnus flu. rapacissimus Hetruriæ Florētiā alluēs.

Artabanus filius Hystaspis, & frater Darij regis Persarū. Qui Xerxi filio Darij suasit, ut à bello Græcorum abstineret, eundemq; postea obtruncavit in regia. Deinde ab Artaxerxe ipse occisus fuit.

Artabri populus Lusitaniæ, qui etiam Arotebræ dicuntur.

Artaxerxes filius Xerxis rex Persarū, qui ex pellicibus habuit filios. 115. & ex iusto matrimonio tres. scilicet Darium, Ochum, & Ariaratem, quorū Darius à patre rex factus contra patrem leui de causa cum quinquaginta fratribus cōiurauit. Qui omnes cū uxoribus & filijs à rege sunt occisi. Iustinus.

Artemis e curta dicitur Diana, quasi Acrotemis, id est, aerem secans.

Artemius est mons Achaie in Argo.

Artemisia uxor Mausoli regis Cariæ, quæ uirum dilexit supra humanæ affectionis modū. Cui mortuo fecit monumentū sumptuosissimū, quod Mausoleū dicitur. De quo infra suo loco scribetur. Est etiam herba quedam.

Artemesium dicitur lucus artemis, id est, Dianæ.

Artaxata urbs Armeniæ maioris ab Hānibale condita ad Araxem flu. Et est tantū pluralis numeri. Iuuenalis. Sic pratextatos referunt Artaxata mores.

Aruerni

DE LITERA A

Aruerni populus Galliae ppe Bituriges & heduos.

Aruisium est promontoriū in insula Chio, ubi optima uina nascuntur. Et facit adiectiuum. Verg. Vina nouum fundam calathis aruisia nectar.

Aruigarus rex Britanniae tempore Domitiani.

Arunci populus antiquus in Latio. Vergil. Aruncos ita ferre senes.

Arunca urbs eorum fuit.

Asarus flu. Macedoniae, alluens urbē Heracleam.

Ascalon urbs in Idumaea uel Palestina. Hinc Herodes rex Iudaeorum dictus Ascalonita.

Ascalum oppidum Piceni Romana colonia.

Ascanius filius Aeneae ex Creusa cōiuge, qui et Iulus & Iulus dictus est. Item flu. Phrygiae uel Bithyniae.

Ascra uicus Boetiae ad Heliconem, patria Hesiodi poetae, qui ob id Ascreus dicitur.

Asia est media pars orbis terrae, incipiēs ab India quā ab Europa flu. Tanais ab Africa Nilus separat.

Asia minor, est pars Asiae .s. quae fuit sub imperio Romano, quae hodie Turcia dicitur, & in se continet Phrygiam & Cariam, Lyciam, Lydiam, Lycaoniam.

Asylum dicitur locus tutus, unde neminē licet ui tollere. Nam dicitur ab a, quod est nō, & syro traho. Talis locus primo fuit Athenis à Theseo institutus. De inde Romae à Romulo. Verg. Hinc lucū ingentē quem Romulus acer asylū retulit. Ponitur etiam de templo. Idem; Et iam porticibus uacuis Iunonis asylo.

C

Asine

DE LITERA A

Asine opp. Achaie. Luca. Quas asine cautes &c.
Asphaltus uel asphaltites, est lacus Iudae in pro-
uincia pentapoli, in quo nihil graue submergi potest,
& nihil gignit nisi bitumen. Vnde mare mortuum uo-
catur. In eo loco fuerunt olim Sodoma & Gomorra
& aliae tres urbes, quae propter nefandam populi lux-
uriam atq; libidinem coelitus exustae sunt.

Asopus o producta, fluius Achaie.

Asopis idos. i. filia Asopi. s. aegina, de qua supra.

Assaracus filius Trois regis Troiani, & frater Ili-
regis. Assaracus autem genuit Capym, Capys Anchi-
sen patrem Aeneae.

Assyria est regio Asiae, ab oriente habens Indiam,
ab occidente Tigrim, ab austro Mediam, ab aquilone
Caucasum.

Asterie filia Caei Titani, & soror Latone, quas
ambas uitiauit Iupiter.

Astyages ultimus rex Medorum, à Cyro nepote suo
quē infantē exposuerat regno priuatus. Iustinus in. 1.

Astyanax huius astyanactos filius Hectoris, & in-
terpretatur urbis protector, hunc capta Troia Graeci
de turre deiecerunt.

Astypalaea insula in Aegeo una cycladum.

Astrea filia astrei gigantis & aurorae, uel secundis
alios filia Iouis & Themidis, quae ob aequitatē suā iu-

*Qui li. 1. de
ramocephalos*

sticia dicta ē. Oui. Vltima coelestium terras astrea reliquit
Asturia regio Hispaniae prope Lusitaniam uel in

Gallecia

DE LITERA A

Gallecia, ubi sunt equi breues, sed ueloces incessu, qui uocantur asturcones.

Astur dicitur populus ille, aut aliquis de asturia.

Atalāta uirgo uenatrix in Arcadia filia Iasi, hæc cum proceribus uenit ad occidendū aprum deuastantem ætoliam, quem etiam ipsa prima uulnerauit. Quare Meleager filius regis Aetoliæ ipsam adamauit, & uxorem duxit, cui filium peperit nomine Parthenopæum, qui ad Thebas occisus fuit. Alia fuit filia Cænei regis in Scyro insula, quæ cum procis cursu certabat. Cumq; multos superasset, & morte quæ erat superatorum pœna affecisset, Hippomanes quidam nobilis adolescens eam dolo uel arte superauit. Nam Venus ei dederat tria aurea poma, quæ inter currendiæ per uices proiecit. Quæ illa colligens retardata & superata est. Tandem cum in templo Cybeles coirent, indignata dea conuertit eos in leones. Ouidius decimo Metamorphosis.

Athamas media curta rex Thebarum furore correptus, Learchum filium suum pro leone occidit sagittis. Quare territa uxor eius Ino cū altero filio suo Palæmone cucurrit in mare. Vide infra Ino.

Athamantis. i. Helle filia Athamantis. Vide Helle. Atax flu. Galliæ narbonensis, ex pyrenæo ueniens.

Atella fuit oppidum Osorum in Campania, ubi grande amphitheatrum erat. Vnde Atellanæ comedie ioculares & scurriles uocantur.

DE LITERA A

Athenodorus sculptor marmorarius.

Athenion pictor maronites, qui nisi iuuenis obisset, omnes pictores superasset, ut ait Plinius.

Aternus fluuius Frentanorum prope Pelignos.

Athesis e curta, flu. Venetiae, tridentū radens. Deinde Veronā diuidens, transit in Adriaticū mare. Vergilius. Siue padi ripis Athesim seu propter amœnum.

Attilius Regulus consul Romanus primo punico bello, cū Carthaginenses saepe uicisset, tandē per insidias captus fuit, & iuratus Romā missus est à Carthaginensibus pro permutandis captiuis. Sed cū Romam uenisset, permutationem dissuasit, & Carthaginē captiuus redijt, ubi crudeliter est occisus.

Atys puer Phrygius, amatus à Cybele, cui cum fidem datam non seruasset, uersus in furorem genitalia sibi amputauit. Alius fuit Atys filius Cræsi regis Lydiae, qui diu mutus cum uidisset hostem leuasse gladiū, ut patrem occideret, subito timore locutus est, necens patris deprecans.

Atina fuit uetus urbs Campaniae iuxta pontinas paludes.

Atlas fuit rex Mauritaniae, qui astronomiā dicitur inuenisse. Etiam est altus mons Mauritaniae, qui columna caeli nominatur ab accolis, & poetae fingunt esse maximū gigantem, qui coelum sustineat. Est etiam fluuius Thraciae ab Aemo fluens.

Atlantides dicuntur septē filiae Atlantis, uel hesperi fratris

DE LITERA A

fratris eius, unde & Hesperides uocantur & Pleiades, uide infra.

Athos uel athon mons inter Macedoniã & Thraciam.

Atreus filius Pelopis & Hippodamie rex Mycenarum, qui filios fratris sui Thyestis sibi insidiatis occidit, & illi comedendos apposuit. Quare sol tantum facinus abhorrens suum lumen abscondit.

Atridae sunt filij Atrei, scilicet Agamemnon & Menelaus.

Atropos dicitur una parcarum. Nam tres feruntur deæ fatales, scilicet Clotho, Lachesis & Atropos, quæ dicuntur etiam parca, ut infra dicitur.

Attalus fuit rex Asiae, uel Pergami, quia populo Romano donatus eo regno, cum liberos non haberet populum Romanũ heredẽ fecit, unde substantia eius amplissima Romam est allata.

Attica uel Atte est regio Græciæ inter Achaiã & Macedoniam sita, in qua fuit urbs Athenæ.

Athenæ urbs in Attica, & rebus bellicis & bonis artibus celeberrima quondam, nunc autem periit, nomen autem sumpsit à Pallade dea sapientiæ, quæ Græce dicitur Athenæ.

Atrebatũ urbs Gallie belgica, in regione quæ uulgo Picardia dicitur.

Aufidus fluius Apulie, & corripit i.

Auentinus est mons in urbe Roma iuxta Tyberim

C 3 ubi tem

DE LITERA B.

ubi templū est sanctæ Sabine, quod olim Dianæ ^{sanctæ}

Auernus est lacus in Campania iuxta Baias, olim propter circumstantes arbores tam foedus ut aues eū uitarēt. Vnde græco nomine dictus ē auernus, quæ si aornis, i. sine auibus. Ponitur p̄ inferno uel p̄pter foetorē, uel propter necromantiā quæ ibi exercebatur.

Auenio uel auinio ciuitas in Gallia narbonensi.

Aulis est portus Boetiæ uel Euboicæ insule, quo conuenerunt naues Græcorum ad Troiam proficiscentium. Statius: Prima rates Danaas hecateia congregat aulis. Hecateia, id est, Dianæ sacra.

Auras flu. Thraciæ, ab Aemo in Istrum fluens.

Aufones populus in Italia. Vnde ipsa Italia uocatur Ausonia.

Butomedon fuit Achillis auriga, & accipitur pro quocunq; auriga.

Auxius fluuius Mygdoniæ

Azan mons Arcadiæ ubi Cybille colebatur. Statius: Venit & Idæis ululatibus æmulus Azan.

Azotus ciuitas Palestine.

DE LITERA B.

BABYLON urbs grandis fuit in Chaldæa, à qua tota Chaldæa & Mesopotamia dicta est Babylonia. Habebat hæc urbs amplitudinē trecentorū & octoginta stadiorum, uel (ut ait Plinius) sexaginta milia passuū. Muri erant alti ducentis pedibus, crassi uero quinquaginta. Alia Babylon est in Aegypto à

Cam

DE LITERA A

Cambyse rege Persarum condita, ut ait Iosephus.

Bacchus filius Iouis ex Semele, qui Indiam bello uicit, & usum uini tradidisse dicitur, unde uocatur deus uini. Vide infra Semele.

Baccha uel bacchis mulier bacchi sacerdos uel ebri

Bactra pluraliter est regio Scytharū in (osa.

Asia, Bactriani, populus huius prouinciae bellicosus.

Bactrum urbs in bactris.

Bactrius fluuius ibidem.

Benacus est lacus Venetiae circa Veronam urbem.

Bagradia flu. Africae, prope Vticā urbē, media cur

Baiae oppidum Campaniae inter Puteolos (ta.

& misenum secus mare, aeris temperie & edificiorum pulchritudine Romanis olim frequentatum & celeberrimum, ubi summa fuit amoenitas. Martia. Ut mille laudem flacce uersibus Baias. Laudabo digne non tamen satis Baias.

Baleares insulae duae in Hispanico mari ubi reperiuntur primum fuit usus fundarum, quibus solis telis utebantur olim incolae. Haec insulae nunc uulgo uocantur maiorica & minorica.

Baltia insula magna in Oceano tridui nauigatione distans à littore Scytharū. Inde balticum mare inter Rhostochium & Prusiam.

Barce ciuitas Aphricae in Cyrenaica regione. Alio nomine Ptolemis.

Bardi erant uates aut magi aut philosophi in Gal-

C 4 lia.

DE LITERA A.

lia. Lucanus: Vos quoq; qui fortes animas belloq; peremptas, Laudibus in longum uates demittitis æuum, Plurima securi fudistis carmina Bardi.

Barum est urbs Apuliæ uel Calabrie.

Bassareus dicitur Bacchus à Bassara, qui locus est Lydiæ. Bassaris idos. i. Baccha uel sacerdos bacchi.

Bathauī sunt Germanus populus in insula Rheni. Et inuenitur nunc media correpta nunc producta. Iuuenalis: Hic petit Euphratem iuuenis domitorq; Bathauī. Lucanus: Vangiones Bathauīq; truces &c.

Baucis fuit anus pauper quæ cū uiro suo Palæmone Iouē & Mercuriū susceperūt hospitiō, & tandem mutati sunt in arbores. Oui. 8. Metamor.

Bebrycia regio Asiæ quæ & Bithynia dicitur.

Belgæ sunt populi Galliæ proximi Germanis & Rheno. s. Treueri, Colonienses, Moguntini, Rhemi, Brabantini, Flandrienses, & Hanonienses.

Belides, dicuntur quinquaginta filia Danai filij Beli & fratris Aegypti. Nam Aegyptus habens quinquaginta filios, coegit Danaum fratrem suum qui totidē filias habuit, ut illas filijs suis coniugio copularet. Danaus uero id noluit, quoniā ex oraculo didicisset se occidendum ab uno filiorum fratris. Sed tamen ad nuptias à fratre coactus, imperauit filiabus ut uiros suos prima nocte necarent, quod omnes fecerunt, præter unam Hypermestram quæ uiro suo Lino aut Lynceo pepercit. Qui postea interfecit Danaum.

Belus

DE LITERA A

Belus primus rex Assyriorū, filius Nemrot qui Babelonem condidit.

Bellona dea belli sororq; Martis. Verg. Et consanguineo sequitur Bellona flagello.

Bellerophon filius Glauci regis Ephyræ adolescens formosus & summa uirtute. Qui à Proeto priuatus regno, iussus est illi seruire. Quare Sthenobæa Proeti uxor eū adamauit ac de stupro interpellauit, & spreta ab eo, coram rege ipsum falsi criminis accusauit quasi eam uoluisset opprimere. Proetus igitur uxori credens, Bellerophontē misit ad Heuriē uel (ut alij dicūt) Ariobatem regē Lyciæ patrē Sthenobææ cū epistola qua crimen cōtinebatur. Ille uero uarijs hostibus eū ut occideretur obiecit. Sed Bellerophon semper uictor euasit. Missus etiā ut Chimærā monstrū necaret, ascendit pegasum equū alatū, & hoc perfecit. Propter has uirtutes rex Heuries uel Ariobates ei dedit alterā filiam suam in uxorem. Quod audiens Sthenobæa seipsam necauit. Bellerophon tandem in cœlū cum Pegaso uolens ascendere, cum in altum uenisset decidit, sed Pegasus inter sidera positus fuit, ut fabulantur.

Beneuentū ciuitas Apuliæ prius dicta Maleuentū.

Berecyntus mons & oppidum Phrygiæ ubi colebatur Cybele, quæ ex hoc Berecyntia dicitur.

Bergomū oppidum Gallie in Italia ad montē sitū.

Beronice i producta, fuit mater Ptolemæi Philadelphi, & alia eiusdē filia. Itē alia Herodis Agrippæ soror & uxor.

C 5 Bessi

DE LITERA B.

Bessi sunt populus in Thracia uel in ponto. Ouidi.
Viuerē q̄ miserum est inter Bessosq; Getasq;.

Bethel ciuitatula distans ab Hierusalem. 12. lapide
prius lusa dicta.

Bethyca est pars ulterioris Hispaniæ, à flumine be
thys dicta, nunc autem uulgo dicitur Granata.

Betulus est Hispaniæ fluuius, quo optime tempe
ratur ferrum.

Bethsaida urbs Galileæ ad stagnum Genezareth.

Bias Prieneus unus de septem sapientibus, & alijs
prælatus. Cuius patriam prienam cum cepissent ho
stes, ipse fugiens cum cæteris, nihil rerum suarum se
cum tulit dicens: omnia mea mecum porto, nam fortis
ita bona non putabat sua. Septem uero sapientes hi fu
erunt. Thales Milesius, Solon Atheniensis, Chilon La
cedæmonius, Bias Prieneus, Pittacus Mityleneus, Cle
obolus Lindius, Periander Corinthius.

Biblis filia Miletii, nefando amore sui fratris exar
sit. Quem propter hoc è patria profectū sequēs, tan
dem contabuit, ut ait Ouid. 9. Meta. uel suspendit, ut
ait idem de arte. Biblida quid referam uetito quæ fra
tris amore Arsit, & est laqueo fortiter ulta nefas.

Bion Borystenites Athenis philosophatus & calli

Bilbilis est ciuitas Celtiberiæ, & (dus sophista.
fluuius ciuitati uicinus, qui & Salo dicitur, quo ferrū
temperatur optime.

Byrsa Græce corium significat, quo nomine appel
latus

DE LITERA B.

Latus est locus in Africa, ubi postea fuit condita Carthago. Nam Dido ex Tyro in Africā delata emit tantum terræ quantū posset corio bouis circū dare, quod corium scidit in tenues corrigias, & sic multū spaciū cōprehendit. Etiam Carthaginis arx dicta fuit Byrsa.

Bisalta populus Scythicus iuxta Thraciam.

Bistones o curta, sunt dicti Thraces uel à rege bistone uel stagno quod bistonium uocatur. Item bistoniam

Bithynia prouincia prope Asiā (ipsa Thracia minorē proxima Troadi, & ad pontū sita, prius dicta Bebrycia & Mygdonia & magna Phrygia.

Biton & Cleobis fratres Argiui, qui matrē suam Iunonis sacerdotem curru impositam sicut equi traxerunt in templum per stadia. 45. Cumq; mater de am orasset ut quod optimum esset præmium filijs daret, subito defuncti sunt.

Bituriges uel bituri populus Gallie, quorum metropolis est Thuro.

Byzantium urbs Thracie maritima à Pausania Spartanorū duce condita in promontorio quod Chrysoceras dicitur. Postea à Constantino Constantinopolis appellata & noua Roma.

Bizia fuit arx regum Thracie hirundinibus inuisa propter scelus Terei regis, de quo infra.

Blemmie monstruosi homines in Aethiopia sine capitibus, ora & oculos in pectore habentes.

Bocchus rex Maurorum & Getulie, qui Iugurtham

DE LITERA A.

tham regem Numidarū generum suum Romanis tandem tradidit. Sallustius.

Boetia est regio in Attica non procul ab Athenis, in qua sunt thebe. Nunc tamen à Vuandalis ex Africa pulsus occupata uocatur Vuandalia

Bootes est stella iuxta plaustrū uel ursam: alio nomine arctophylax. Aratus: Tardus in occasum sequitur sua plaustra Bootes. Et interpretatur boum custos uel bubuleus.

Boij erant populus Gallie, uel ut alij uolunt germanie, qui post boioarij, & nunc bauari uocantur.

Borystenes est magnus flu. Scytharū in Euxinū fluens. Item populus ibidē qui etiā borystenide dicuntur.

Bosphorus est strictus & angustus locus maris iuxta Byzantiū, dictus quasi bobus peruius. Et iste uocatur bosphorus remotior Thracius. Alter est bosphorus in Scythia qui cimmericus dicitur. Luca, Sic stat iners Scythicas astringens bosphorus undas.

Bouille uicus in uia appia inter urbē Romam & Brachmanæ populus Indie quondam sapiētiae studiosus. (Aristiam.)

Branchus filius Apollinis & uates peritissimus, de quo Statius.

Brennus fuit dux Gallorū Senonum, qui Romanos ceperunt. Item Brenni sunt Alpinus populus.

Briareus fuit gigas, alio nomine Aegæon, de quo uerius, dicitur habuisse capita. l. & centum manus.

Verg.

DE LITERA A.

Verg. Et centum geminus briareus ac belua lerne.

Bryax uel bryas sculptor marmorarius qui Mausoleum fecit cum alijs.

Bryseus dicitur Bacchus à brysea oppido Aonia.

Bryseis, id est filia bryse puella nobilis, quā ex urbe Phrygia Iryneso rapuit Achilles in bello Troiano. Deinde Agamemnon rex Græcorū illam Achilli abstulit, ob quod Achilles diu bello abstinuit.

Britannia insula Oceani inter septentrionem & occidentem sita, & nunc Anglia dicitur.

Brixia urbs Gallie aut Longobardie, à Germanis in Italiam transeuntibus condita.

Bromius est cognomen Bacchi, dictum à Græco uerbo bromo quod est latine consumo.

Brontes dicitur unus cycloporum & minister Vulcani. Et interpretatur tonitrus. Alter uocatur Steropes, id est fulgur. Tertius dicitur Pyracmon quasi ignita incus. Verg. Ferrū exercebant uasto cyclopes in anatro, Brontesq; Steropesq; & nudus membra Pyracmon, hic ab Ouidio uocatur acmonides. 4. Fastorū.

Brundisium urbs Calabriae, uel Apuliae ad mare adriaticum.

Brutus est nomē pluriū Romanorū consulū. Nam Iunius Brutus fuit primus cōsul Romanorū, qui urbe regio dominatu liberauit, postea occisus in praelio à filio regis expulsi. Idem duos filios suos, qui hostes fuerant, occidi iussit. Item Marcus Brutus uir pretorius
doctus

DE LITERA C

doctus & bonus, pro recuperanda libertate occidit Iulium Cæsarem, postea in prælio uictus ab Augusto se ipsum occidit.

Bubalus quidam pictor, Hipponactem poetam turpi facie, risus causa pinxit. Quare poeta tam grauius in filium scripsit ut ille se suspenderet.

Bubastus ciuitas Aegypti prope Heliopolim.

Bucephalus equus Alexandri magni habens caput quasi bouis & ualde nobilis. Item urbs quam condidit Alexander in India ex nomine illius equi ibi occisi.

Busiris media producta, rex Aegypti qui hospites mactans, ab Hercule mactatus fuit. Verg. Aut illaudati nescit Busiridis aras. Ouid. ait, q̄ uates quidã Busirim adiit, suadens si sterelitatẽ uellet ut hospites mactaret. Tunc rex illum uatem primum mactauit.

Butrotum media longa, urbs in Epiro.

DE LITERA C

CAcus erat latro in Italia, qui etiam uillas incendebat, unde dicebatur filius Vulcani, Tandem ab Hercule cui boues sustulerat est occisus. Vergilius in octauo. Quidam dicunt fuisse seruum Euan-dri regis.

Caducifer dicitur Mercurius, quasi ferens caduceum, id est, uirgam pacis. Vnde & caduceatores sunt legati pacis.

Cadurci populus Gallie in prouincia Bituricensi.

Cæa per æ diphthongon est insula in Aegeo inter

cyclad

DE LITERA C

exclades, patria Simonidis poeta. Inde cæus a uir.

Cadmus filius Agenoris regis Phœnicū. Qui à patre iussus quærere Europam sororem suam à Ioue raptam, cū illā non inuenisset, nec ad patrē redire aude-
ret, urbē Thebas in Boetia cōdidit. Sed cū socij sui ne-
cati essent à magno serpēte, illū occidit. Cuius dentes
cū terra obruisset, nati sunt ex illis armati uiri, qui in-
ter se mox digladiantes, mutuis perierūt uulneribus.
Sed quinque ex eis superstites arma proiecerunt, & cū
Cadmō Thebas cōstruxerunt. Post ipse Cadmus cum
Hermione uxore sua mutatus fertur in anguem.

Cæcubum fuit oppidum Latij uel Campaniæ, ubi
nascebatur optimum uinum, unde & pro uino illius
loci ponitur.

Cære uel cærete urbs Thuscæ, q̄ & agylla dicitur.

Cæyx rex Trachinis urbis, filius lucifer, & mari-
tus Halcyones. Qui nauigans ad Apollinis oraculum
submersus fuit. Cuius corpus in aqua uidens uxor eius
& ipsa se in mare demisit, & ambo mutati dicuntur
in auiculas marinas quæ uocātur Halcyones, de quo
uide infra.

Cæsaraugusta est urbs citerioris Hispaniæ uel tar-
raconēsis effusa Ibero fluuio. Alij scribūt esse in celti-
Cæsena ciuitas in flaminia uel romandiola. (beria.

Cæsarea est nomen multarum urbium in honorem
Cæsaris Augusti sic appellatarum. Harum una est in
maritimis Palestiniæ ab Herode magno instaurata
& sic noc

DE LITERA A

Et sic nominata. Nam antea dicebatur pyrgus uel turris stratonis. Alteram Caesaream struxit Philippus filius Herodis ad radices libani in Phoenicia ubi sunt fontes Iordanis. Alia est Caesarea in Cappadocia, et alia item in Mauritania.

Caieta e producta, est oppidum et portus Campanie, à nutrice Aeneae nomē habens, ut ait Vergilius.

Caicus i producta, est flu. Phrygiae aut mysiae.

Cayster fluuius Asiae, alluens Ephesum urbem.

Calais filius Boreae et Orithyiae, frater Zethi. Vide Zethus.

Calabria est regio Italiae post Lucaniam uel pars Apuliae.

Calaber media correpta. i. ad Calabriam pertinēs.

Calchas Testoris Troiani filius et augur nobilis. qui in initio belli Troiani transiit ad Graecos.

Calypso nymphea Oceani et Thetios filia, quae insulam de se appellatam in Ionio uel Aphrico mari habitabat. Ad quam uenit Vlysses naufragus, et septem annos apud eam fuit.

Calisto filia Lycaonis regis Arcadiae, ex qua Iupiter genuit Arcadem. Quam grauidam uidens Iuno mutauit eam in ursam, quam cum filius ignarus rei uellet inuadere. Iupiter ambos in coelum sustulit, et inter sidera posuit apud polum arcticum. Unde uocatur arcti. i. urse. Iuno autem indignata impetrauit ab Oceano, ut illa sidera non sineret ad se descendere ut alia. Ouid. 2. Meta.

Calydones

DE LITERA C

Calydon uel Calydonia est urbs atolia & regia
Oenei patris Meleagri.

Callimachus Cyrenensis poeta Græcus, qui multa
scripsit in omni genere carminis.

Calliope uel calliopea est una musarum cæteris ex-
cellentior. Ver. Vos ô Calliope precor aspirate canen-
ti. Ouid. Prima sui cœpit Calliopea chori.

Calisthenes philosophus Aristotelis discipulus &
cōsanguineus. Qui Alexādrū regē in Asiā secutus, cū
liberius regem insolentiæ argueret, ab illo est occisus.

Calliroe fons in Attica, & alius in Iudæa salubris.

Chalcis urbs Metropolis in Eubœa insula.

Chalcedon urbs Asiæ uel Bithyniæ iuxta Bospho-
rum contra Byzantiū, id est, Constantinopolim sita.

Chaldea regio oriētalis, quæ et Assyria et Babylo-
nia dicitur ab urbe babylone. Itē chaldæi dicuntur astro-
logi, quia in Chaldea multi fuerunt astrologi & magi.

Calœni populus Campaniæ, apud quos bonū nasci-
tur uinum, quod & calœnū dicitur. Quinetiam oppi-
dum eorū uocatur calœnū, uel cales caliū pluraliter.

Chalybs flu. Hispaniæ aut Celtiberiæ, quo optime
temperatur aut tingitur ferrū. Vnde populi finitimi
dicuntur Chalybes. Sūt etiā chalybes populus in pōto.

Calipolis urbs helleponti uel troadis.

Calpe est altus mons in fine Hispaniæ Bethycæ, si-
tus ad mare, quod Europā secernit ab Africa, cui mon-
ti oppositus est in Africa mons Abyla, & illi montes

D dicuntur

DE LITERA C

dicuntur columnæ uel metæ Herculis.

Camerina ciuitas Siciliae.

Camertes populus Umbriae.

Cambyses media produ. rex Persarum filius Cyri.

*Camillus nobilis Romanus, qui Faliscos in deditio-
nem accepit, Veios cepit. Deinde per inuidiam urbe
expulsus, cum Senones exercitū Ro. sudissent, urbem
cepissent, & capitolium obsiderent. Camillus rogatus
ab his qui obsesierant, exercitu collecto Gallos fuga-
uit. De hoc lege etiam infra Falisci.*

*Canace media curta, filia Aeoli regis uentorum
quæ ex fratre suo Machareo clam concepit & pepe-
rit, Quo cognito pater infantē iussit exponi uel pro-
ijci, & filiae gladium quo se necaret misit. Machareus
autem fugit delphos, sacerdos Apollinis factus.*

Cana oppidum in Galilea.

*Candacis media curta, fuit quædam regina Aethi-
opum temporibus Augusti Cæsaris in insula Meroe, à
qua deinceps omnes illius loci reginae uocantur Can-
daces. Nam mulier regnare solet in Meroe.*

*Cannæ arum, uicus Apuliae apud quem Hannibal
Romanos grandi clade affecit, occisis. 43. millibus
hominum, inter quos fuit Paulus Aemilius consul.*

*Canopus o produ. est ostiū Nili, & urbs in eo qua
nunc Damiata dicitur, non procul ab Alexandria.*

Canusium oppidū Apuliae.

*Cantabri populus Hispania in Gallecia prouincia
ad Pyrene*

... multa a quibus ressit Capite & pro Smerdotri
adversum pro omni loco quo multa a quibus ressit sit in
Chaonia pingui glandes multum avista &

DE LITERA C

ad Pyreneū. Alij ponūt in tarraconensi ad Oceanū.

Chaonia est mōtana pars Epiri. Est etiā adiectiuū.

Capaneus unus ē septē ducibus qui Thebas oppug=
nauerūt bellicosus, superbus, & deorum cōtemptor.

Qui, ut ait Statius, humana arma cōtemnens, Iouem
prouocauit ad prēliū, à quo fulminibus est extinctus.

Oui. Cum cecidit Capaneus subito temerarius ictu.

Caparnaū oppidū Galilææ ad stagnū genezareth.

Caphareus mons altus in Euboea insula Hellespon=
tum uersus. Apud quē Græci à Troia redeuntes nau=
fragia fecerunt dolo Naupli patris Palamedis iniuste
ab illis occisi. Nam Nauplus Euboeæ rex ut filij mortē
iudicaret, posuit facem super hunc montem. Quare
græca classis illuc ut in portum nauigans in scopulos
incidit. Vergil. Scit triste mineruæ Sidus & Euboicæ
cautes ultorq; caphareus.

Cappadocia est regio pontica confinis Armenia, à
qua per Euphratem diuiditur.

Cappadox populus ille dicitur.

Capræ arū, insula cōtra Surrentū urbē Cāpaniæ.

Capua fuit olim nobilis urbs Campaniæ.

Caria est prouincia in Asia minori inter Lyciam
& Ioniam, cuius incolæ uocantur cares.

Charybdis est periculosus locus maris inter Cala=
briam & Siciliam. Nam à qua ibi nūc absorbetur &
tendit in profundum nunc eleuatur in altum. Ouidi.
Hic uomit epotas dira charybdis aquas.

D 2 Caru

DE LITERA C.

Carinae arum, est uicus in urbe Roma, ubi sunt uincula sancti Petri apostoli.

Carystos est insula in Aegeo una cycladū, in qua est marmor uarij coloris quod charistaeum dicitur.

Charites. i. gratiae, dicuntur tres filiae Iouis, & *Eurymones*. s. *Aglaia*, *Thalia*, *Euphrosyne* uel *Pasithea*.

Carmania regio orientis prope India & rubrum mare.

Carmelus mons Phoeniciae inter Caesaream & Tyrum

Carmentis mulier uaticinatrix mater Euandri regis. Unde Romae porta carmentalis. Haec literas inuenit

Carni populus alpinus circa Noricum (nisse dicitur) super quos Apenninus incumbit.

Carnotum uel *carnutum* est urbs Galliae in Francia.

Charon dicitur portitor apud inferos qui animas defunctorum per stygem & acherontem uehere dicitur a poetis.

Carpathus est insula inter Rhodum & Aegyptum, unde nomen habet mare Carpathium, & corripit penult.

Carthago urbs nobilis in Africa a Didone filia Beli regis Tyri condita longe ante Romam. Tria gradia bella cum Roma. gessit, & tandem a Scipione combusta fuit.

Carrae urbs Mesopotamiae uel Assyriae. Lu. Misera do funere Crassus Assyrias Latio maculauit sanguine

Caspium montes sunt in septentrione apud Armeniam & Hyrcaniam, & Parthiam, ubi etiam sunt portae Caspiae. i. uia angusta per illos montes. Ibi & Caspium mare.

Casius altus mons Syriae prope Seleuciam, in cuius summitate solis splendor quarta uigilia uideri potest.

Alter

DE LITERA C

Alter est eodem nomine mons in finibus Aegypti iuxta pelusium ostium Nili, in quo fuit templum Iouis casij, & sepulchrum magni Pompeij.

Cassiope uxor Cephei regis Aethiopum, quæ nymphis se pulchritudine prætulisse dicitur. Quare indignatæ illæ filiã eius Andromaden saxo alligauerūt, ut à belua marina deuoraretur. Vide supra Andromeda. Est etiã cœleste signũ uel sidus, & pōt dici Cassiopeia.

Castalius est fons in radicibus montis parnassi, musis dicatus, quæ ex hoc uocantur castalides.

Castor & Pollux gemini fratres filij Iouis & Letæ, qui mare tueri solebāt à piratis, unde dicuntur dij maris. Itē Castor dicitur fuisse mortalis, Pollux immortalis. Ergo cū Castor obiisset, Pollux cū fratre diuisit immortalitatē suã, ita ut alternis diebus uiuant. Hoc ideo fingitur quia sunt duo sidera quæ uocantur castor & pollux, quorũ uno oriente alterũ occidit.

Catana media curta, est ciuitas Siciliae prope ætnã montem, patria sanctæ uirginis Agathæ

Catilina Romanus nobilis sed uitiosus, qui cū multis alijs cõiurauit cõtra Romanã Rempub. sed deprehensus & urbe pulsus à Cicerone tunc cõsule, cõgregauit exercitum, cum quo uictus & occisus fuit.

Catti populus germaniæ circa Hungaros uel hyrciniam syluam.

Caucasus media correpta mons Scythiæ altissimus & longissimus, quia ab India tendit per totum serẽ

D 3 septen

DE LITERA C

Septentrionem, sed uaria nomina sortitur.

Caudium uicus Apuliæ, ubi Samnites Romanum exercitum dolis captum & conclusum subiugum miserunt. Dicimus enim furcas caudinas. Nam sub iugis missi per furcam ibant.

Cecrops fuit primus rex Athenarum, à quo Athenienses uocantur cecropidæ.

Cedar regio in eremo Saracenorum à Cedar filio Is-
Celenæ ciuitas principalis in Phrygia. (mael.
Luca. Lugent damnatæ phœbo uictore Celenæ.

Celeno una ex Harpyis, & interpretatur atrum.

Celtæ sunt Galliæ populi inter Sequanam & Garumnam fluuios habitantes. s. Burgundi & Franci.

Celtiberi populus Hispaniæ in Gallecia, à celtis orti. Luca. Gallorum celtæ miscentes nomen Iberis.

Chemmis fuit rex Aegypti, qui grandem & mirabilem struxit pyramidem, quâ trecenta & sexaginta milia hominum uiginti annis parauerunt, ut ait Diodo. Sic.

Cenis promontorium Italiæ in brutijs oppositum peloro Siciliae

Centauri populus Thessaliæ circa Peliû montem, qui primi in equis pugnasse dicuntur, unde orta est fabula quod centauri fuerint animalia composita ex homine & equo. Et dicuntur semiferi & bimembres & nubigenæ. i. ex nube geniti. Nam Ixion ex nube genuit centauros. Vocantur etiâ Hippocentauri. i. equorum stimulators.

Cenchre portus & emporium Corinthiorum.

Cepheus

DE LIT E R A C

Cepheus rex Aethiopum & pater Andromadae translatus inter sidera.

Cephisus fluuius in Phocide, praeterfluens oppidū delphos. Luca. Fatidica Cephisus aqua.

Ceraunia sunt alti montes Epiri, separantes Ioniū mare ab adriatico, à ceraunos quod est fulmē, quia crebris fulminib. appetūtur. Etiā uocātur acroceraunia.

Cerberus e curta canis triceps et grādis in uestibulo inferni, dictus quasi creoborus. i. carnem uorans.

Cercyon fuit latro in Attica, occisus à Theseo. Ouidius: Cercyonis letum uidit cerealis Eleusis.

Ceres filia Saturni à Opis, quæ ex Ioue Proserpinam genuit, de qua infra proserpina. Item Ceres dicitur inuentrix frugum fuisse.

Ceretū opp. in Umbria inter Spoletū & Nursiam.

Cherronesus uel Chersonesus, est terra Graciae peninsula.

Cethegus nobilis Romanus, qui cum Catilina contra rempublicam coniurauit, deprehensus & occisus à Cicerone consule, & producit mediam.

Cyane a curta, nympa Siciliensis ob raptum Proserpine sodalis suæ flendo in fontem uersa. Est enim fons prope Syracusas.

Cyaneæ sunt insulae aut saxa in ponto, per quæ nauigatur cum periculo. Vnde quia nauigantibus præ timore uidentur concurrere, uocantur Syndromades & Symplegades.

D 4 Cybele

DE LITERA C

Cybele uxor Saturni, quæ & ops & rhea & bona dea & Berecynthia ac mater deorū uocatur. Vergili. Hinc mater cultrix Cybele, corybantiāq; æra. Quandoq; l duplicatur. Lucanus: Et lotam paruo reuocant almone Cybellen.

Cicones populus Thraciæ iuxta Hebrū. Ouidius: Flumen habent cicones quod potū saxea reddit viscera, quod tactis inducit marmora rebus.

Cyclades sunt multæ insulæ in Aegæo uel myrto mari, in circuitu Deli insulæ positæ, ut andros, scyros, tenos, & cætera.

Cyclopes erant gigantes unocoli in Sicilia prope Aetnam montē, fabri Iouis & ministri Vulcani. Ver. Ferrū exercebant uasto cyclopes in antro.

Cydippe puella pomo decepta ab Acontio. Ouidi. Litera Cydippen pomo perlata fefellit. Insciaq; est uerbis capta puella suis. Vide Acontius.

Cydnus fluuius amœnus & saluber in Cilicia transiens urbem Tharsum.

Cydon urbs in Creta insula. Inde cydonius, id est, Cretensis. Etiam cydon ponitur pro cretensi.

Cilicia est regio in Asia minori, cōtermina Syria & Cilice filio Agenoris dicta.

Cyllarus a curta, fuit equus Castoris uel Pollucis. Cyllene mōs Arcadiæ, ubi Mercurius dicitur natus, & inde cyllenius uocatur. (secūdū Verg.)

Cimbri populus septentrionalis & interioris Germaniæ

DE LITERA C.

manie. Qui rhenū transeūtes per Gallias Romā contenderūt cū grādi numero, quos C. Marius pfligauit.

Cimmerij pop. Scytharū procul in septentrionem.

Chimera mons in Lycia fumū & flammā eructās quandoq;. De hoc fabulantur poetae quod sit monstrū anterius leo, posterius draco, & in medio capra. Vel ut Hesiodus inquit, habet tria capita, unum leonis, alterum caprae, tertium draconis.

Cimon Atheniensis dux, filius Milciadis qui ut sepeliretur corpus patris in carcere mortui, ipse pro illo ligari se fecit. Postea Persas supauit, terra et mari.

Cinyras rex Cypri qui ex Myrrha filia sua nescius Adonidem genuit. Strabo autem scripsit quod regnauit in Phoenicia in urbe Byblo.

Cinyrs fluuius garamantum in Libya, apud quem magni sunt hirci.

Cynocephali sunt bestiae ex genere simiarum humanae specie, sed canino capite in Aethiopia.

Cynosira est minor ursa. Vide supra arctos.

Cynici erant philosophi, quorū princeps erat Diogenes sinopensis. Et dicuntur cynici. i. canini, uel propter acerbas suas inuectiones in malos, uel propter impudentiam suam, quia publice & palam coibant cum uxoribus, more canum.

Cynthus mons in Delo insula, ubi nati sunt Apollo & Diana. Vnde cynthius dicitur Apollo uel sol, & cynthia Diana aut luna.

D 5

Chios

DE LITERA C

Chios insula in Aegeo mari, una cycladum in qua nascitur optimum uinum. Inde Chius adiectiuū quod producit i, cum primitiuum corripit i.

Cyparissus puer formosus in Cea insula, dilectus Apollini. Qui puer cum ceruum sibi charum imprudens occidisset, nimio dolore mutatus est in arborem lugubrem, quae cypressus uocatur.

Cyprus insula diues in Carpathio uel cilicio mari Syriae & Ciliciae opposita, & Veneri cōsecrata. Hinc Venus cypris uel cypria dicitur aut cyprigena.

Circe filia solis & Persae nymphae, quae habitans in monte Cyrceo tunc insula circa Campaniam, homines ad se uenientes carminibus & ueneficijs mutabat in uarias bestias, sicut etiam fecit socijs Vlyssis, quos tamen Vlysse rogante restituit. Alij dicunt fuisse filiam Actae regis Colchorum.

Circeus locus maritimus in Campania, dictus à circe quae ibi morabatur.

Cyrene filia Penei regis Arcadiae, quam Apollo rapuit & in Lybiam duxit, & ex ea genuit Aristeam, nominum, Acteum, & Argeum. Est & urbs Libyae inter Aegyptum & Syrtes.

Cyrenaica est prouincia Africae uersus Aegyptum, quae & Pentapolis dicitur, à quinque ciuitatibus, inter quas principalis est Cyrene.

Cyrenaici sunt philosophi qui & epicurei dicuntur qui statuunt summum bonum in uoluptate corporis, dicti ab Aristippo cyrenaico.

Cyris

DE LITERA C.

Cyris dicitur scylla filia Nisi regis mutata in auem
cyrim, id est alaudam, uide scylla.

Cyros insula in ligustico mari: alio nomine Cor-
fica. Inde cyrneus.

Chyron fuit centaurus filius Saturni ex phyllira
nympha, unde & phyllirides dicitur. Fuit uir doctus
& iustus, qui uires herbarum nouit & musicam, cui
Thetis Achillem filium suum tradidit erudiendū. Tan-
dem cum sagittas Herculis admirando teneret, ab il-
lis laesus obiit, mutatus in coeleste signum. quod sagitta-
rius appellatur.

Cyrus primus rex Persarū potētissimus, quē infan-
tem Astyages rex Medorū eius auus maternus iussit
exponi, sed regius pastor inuentū canis ubera sugentē
nutriuit. Deinde Astyagem praelio uicit, & regnū ad
Persas trāstulit, quod & ualde auxit. Tandē à Tomy-
ri regina Scytharū, quibus bellū intulerat, occisus est.

Cirrha oppidum in Phocide in radicibus pernaſsi
montis Apollini sacratum.

Cisseus rex Thraciae pater Hecubae uxoris priami,
quae à patre dicitur cisseis.

Cythera e producta est ciuitas in Cypro. Est & in
sula circa Laconiam ultima cycladum. Et declinatur
tantum pluraliter.

Cytherea penultima producta. i. Venus sic dicta à
cytheris urbe uel insula sibi sacrata.

Citheron est mons nemorosus in Boetia musis &
poetis dicatus, producit mediā, Cithari

DE LITERA C.

- Cithæriades** musæ dicuntur à cithærone mōte prædi
Cyturus o produ. mons in Paphlagonia. (Æto.)
Chytis insula Arabia ubi topazius lapis inuenitur.
Cyzicus nobilis urbs Asia ad propontidem uel hel
Clanius flu. Cāpaniæ prope Neap. (leppontū sita.
polim, sic dictus à uiolis quæ in ripis eius abundant.
Nam claniōn græce uiolam significat.
Clarius Apollo dicitur, uel à claros insula una cy
cladum, uel à Clario oppido Asia.
Clearchus philosophus quidam. Item alius tyran
nus Heracleæ ciuitatis, de quo multa Iusti. in. 16.
Cleantes asianus philosophus stoicus, zenonis au
ditor, pauper & laboriosus, qui noctibus aquam hau
ricendo, & pinsendo uictum querebat.
Cleobis quære superius biton.
Cleobolus lindius unus de septem sapientibus, supe
Cleone o longa, oppidū Arcadiæ (rius Bias.
circa Nemeam regionem, ubi Hercules terribilem leo
nem interemit. Hinc cleoneus a um.
Cleopatra regina ultima Aegypti, quā cū Antonio
superauit Augustus. Quare ipsa se interfecit, serpenti
Clymene nymphe (bus admotis uberibus suis.
Oceani & Tethyos filia, & mater Phaetontis.
Clio dicitur una musarū, à cleos quod est gloria.
Clytemnestra filia Tindari & Lede, coniunx A
gamemnonis regis, quem à bello Troiano reuersum,
ope Aegisthi adulteri occidit, deinde Orestes filius e
am rursus

DE LITERA C.

am rursus in uindictam patris necauit.

Clithomachus Carthaginensis clarus philosophus auditor & successor Carneadis.

Clitorium oppidum Arcadiae, ubi fons est qui potantibus inducit odium uini.

Clitumnus fons & fluuius Umbriae.

Clodius nobilis Romanus, sed nequã & mœchus, & Ciceronis inimicus, quem cum esset tribunus plebis, urbe expulit. Occisus tandem à Milone.

Cloelia uirgo Romana cū alijs uirginibus & adolescentibus, obses data Porsennæ regi Hetruscorū Romam obsidenti. Sed ista deceptis custodibus, tybrim tranans in urbē redijt, cui postea propter uirile opus equestris statua fuit posita.

Clotho est una parcarum, à Græco uerbo clotho, quod est neo. Item alia nympa marina filia Nerei.

Cnidos uel gnidos urbs cariae, ubi uenus colebatur. Coaspis fluuius Medorū apud Persas in tigrim fluens. Eius aqua tam dulcis est ut reges Persarum sibi eam uendicent, & ex ea potare soleant.

Cocytus flu. inferorum ex styge ortus. Vergilius. Cocyti stagna alta uides stygiamq; paludem. Et interpretatur luctus.

Cocles fuit Romanus uir fortis, qui irruentes in urbem Hetruscos, tūc hostes stans in ponte solus tenuit.

Codrus rex Atheniensis. qui inter Athenienses & Dorienses orto bello, cum respondisset oraculū, Athenienses

DE LITERA C

nienses fore uictores, si rex eorū mortuus esset, & ob hoc Dorienses regē illorū tangere uetuisent, ipse Codrus rex indutus habitu rustico, hostes iurgio & conuicio aggressus concitauit eos ad occidēdum se. Quo cognito, discesserūt hostes sine praelio.

Cœus gigas Titani & terræ filius pater Latonæ
Cœos est insula una cycladū, quæ (& asteries:
& cœa dicitur. Vnde fuit Simonides poeta.

Colchos est regio Scythica & orient. in Asia intra mœotim et cassiū mare in pōto. Colchi uocātur incolæ

Colchis dicitur mulier ex regiōe Colchica, & præcipue Medea, quæ fuit filia Acetæ regis colchorum.

Collina porta fuit Romæ, per quam ibatur ad collem quirinalem. Eadem Salaria dicebatur.

Colosse uel colossis urbs Phrygiæ prope Laodiceā, quæ temporibus Neronis cum Laodicea & Hierapoli urbibus Asiæ terramotu cecidit, ut inquit Orosius.

Colophon urbs Libyæ. Horat. Smyrna quid & Colophon.

Comagene penultima producta, est regio orientalis uel pars Syriæ. Iuuenalis: Tractato armenius uel comagenus aruspex.

Comum uel nouocomū urbs Gallie Italicæ, id est, Longobardie. Inde comensis.

Conon Atheniensis dux clarus qui cum exularet, Lacedæmonios auxilio Persarum superauit.

Coptus urbs in finibus Aegypti.

Corax

DE LITERA C

Corax filius cathylli Argiui, & frater Tyburti, unde de cognominatum est oppidum Volscorum cora. Item corax orator Siculus.

Corduba ciuitas Hispaniæ Bethicæ, patria Senecæ philosophi, & Lucani poeta & Auicennæ medici.

Corybantes populus in Creta, qui cum curetibus Iouem infantem aluisse dicuntur, & fecisse tinnitus, ne Saturnus qui filios deuorabat uagientem illum audiveret. Alij dicunt fuisse sacerdotes cybeles.

Corycus est mōs in Cilicia, in quo nascitur optimū crocum. Etiam est oppidū Ciliciæ. inde corycius a uim. **Corioli orum**, fuit urbs Volscorum.

Coriolanus fuit nobilis Romanus, à coriolis urbe quā ceperat cognominatus. Qui per inuidiā in exiliū missus ad hostes. i. Volscos iuit, & illorum dux factus Romā obsedit. Territi Romani miserūt ad eū pro pace, primo senatores, deinde sacerdotes. Qui cū flectere eū nō possent, tandē mater & uxor eū flexerūt, ut exercitū hostilē à patria tolleret. Quare irati Volsci eum occiderunt. Alij dicunt quod seipsum necauit.

Corcyra y produ. est insula in Ionio mari, ubi olīm phæaces habitabāt, ad quos Vlysses uenit naufragus.

Coronis idos, nymp̄ha Thessalica amica Apollinis qui ex illa genuit Aesculapium. Sed ubi rescituit eam cum alio rem habuisse, necauit eam sagitta antequam pareret, & infantem exemit ex utero eius.

Corinthus urbs nobilis & diues Achaiae sita in isthmo

DE LITERA C

*Isthmo. i. angusta terra, inter duo maria, scilicet Ioni-
um & Aegeum, prius Ephyre dicta, post à Romanis
euerfa, & deinde ab Augusto reparata.*

*Coritus i curta, oppidum Hetruria, dictum à Co-
rito patre Dardani, nunc Cornetum uocatur.*

Corone oppidum Achaiae uel Boetiae.

Corona signum coeleste.

Corfica i curta, insula in ligustico mari q̄ et cyrnos

Cortina urbs Cretae, scribitur etiam gordina.

*Cous uel melius cos, est insula in Aegeo una cycla-
dum, ubi bonũ uinũ nascitur. Inde cous adiectiuum.*

Cragus mons & urbs Lyciae.

Cranaus. 2. rex Athenarũ, successor Cecropis.

Crantor solensis philosophus academicus auditor

*Crates Atheniensis academicus (Xenocratis.
philosophus auditor Polemonis & successor. Alter
fuit Crates Thebanus cynicus discipulus Diogenis.*

*Cratinus Atheniensis poeta ueteris comœdiae scri-
ptor uinosus & libidinosus.*

*Cratippus philosophus peripateticus Athenis tem-
poribus M. Tullij.*

Cratis idis, fluuius Achaiae. Item fluuius Calabriae.

*Creon rex Corinthiorũ, alius Thebanus tyrãnus à
Theseo necatus. Itẽ alius thebarũ rex à Lyco occisus.*

*Creta insula quae ab occidẽte habet adriaticũ ma-
re, à septent. creticũ mare, ab oriẽte carpathiũ, ab au-
stro aphricanũ. In hac Iupiter natus esse & regnasse
perhibetur.*

Cremera

DE LITERA C.

Cremera flu. in Tuscia, propter quē olim caesi fuerunt trecēti & sex Fabij, cū obsiderēt urbē Veios. Ouid. i. fast. Vt celeri passu cremerā tetigere rapacem.

Creusa filia Priami uxor Acneæ. Alia creontis uxor Iasonis.

Chryseis, id est Astymone filia Chryse sacerdotis Apollinis, quam puellā rapuit Agamemnon ex Thebis urbe Cilicie.

Chryses autē cū supplicaret Agamemnoni ut filiā sibi redderet, & ille reddere nollet, inuocauit Apollinem pro auxilio. Apollo igitur peste Græcos tam grauius affluxit, ut Agamemnonem cogere puellam patri restituere, ut scripsit Homerus.

Chrysippus philosophus stoicus, auditor Cleantis, ingeniosus, acutus, & in multis à Zenone & Cleanthe dissentiens, præcipuus fuit in dialecticis, multa scripsit, sed nimis prolixè, ut aiunt.

Chrysoceras promontoriū Thracia, in quo est Byzantium, id est, constantinopolis.

Crito Atheniēsis, amicus Socratis, cui Plato librū inscripsit de morte Socratis.

Critheis mater Homeri.

Cræsus ultimus rex Lydiae ditissimus, à Cyro rege Persarū uictus. Cumq; iterū rebellasset, iterumq; uictus esset, & ignibus addictus clamauit: O solon solon Interrogante Cyro quis ille solon esset, ait Cræsus: Solon uir sapientissimus olim me monuit neminem esse

E in hac

DE LITERA C

in hac uita felicem, quod nunc experior. Tunc Cyrus uarietatem fortunæ cogitās, eum dimisit. Alij scribūt grandi pluuiā ignem fuisse extinctum.

Croton urbs Calabriae. Inde crotoniata nomē generis
Ctesiphon uicus maximus uel urbs prope Seleuciam, ubi reges Parthorum hyemare solebāt. Etiam est nomen uiri, pro quo habuit et scripsit orationem Demosthenes.

Creticon absq; aliqua aspiratione, et i latino scribitur, dicitur à nostris possessiuum.

Cumæ arum, urbs Campania prope Baias ad mare Tyrrhenū, quam Chalcidenses ex Euboiā profecti ædificauerūt. In ea habitauit olim una Sibyllarū Cumæa uel Cumana dicta. Nunc penitus deserta dicitur.

Cures curium, fuit oppidū Sabinorū, patria Numæ secundi regis Romanorum.

Curetes populus in Creta, qui Iouem infantem nutrierunt. Oui. Pars clypeos manibus galeas pars tundit inanes. Hoc curetes agunt hoc corybantes opus.

Curius consul Romanus qui cum Samnitibus et Pyrrho rege bella gessit, magnanimus et diuitiarum contemptor. Nam cum legati Samnitum magnū pondus auri ei attulissent, accipere noluit, dicens se malle locupletibus imperare quā esse locupletem.

Curtius fuit nobilis Romanus qui in mortem se dedit pro salute populi Romani. Nam cū in foro Romano terribilis hiatus terræ subito esset exortus, dixerūt

uates

DE LITERA C.

uates q̄ nobilissimam uictimam peteret Pluto, & nisi nobilissimus uir in illum hiatus se mitteret, grande periculum urbi immineret. Quare Curtius armatus in illum equitauit, & mox hiatus ille desijt.

DE LITERA D

Dacia est regio Scythica uicina Thraciæ uel inter Thraciam & Germaniam. Nam Dacos à Germanis Ister fluuius separat. Sunt autem Daci qui nunc transsylvani uocantur. Appellatur nunc Dacia alia regio quam Dani habitant.

Dedalus atheniensis faber ingeniosus, qui lignariã fabricã dicitur inuenisse, ut serrã, asciam, terebrũ, hic in Creta insula fecit labyrinthũ, & tandẽ sibi & Icaro filio fecit alas (ut fabulatur) quibus peruenit in Siciliam & Italiã. Quod ideo fingitur, quia primus uela

Dalmatia regio iuxta Illyricũ (nauium reperit. inter Pannoniam & Macedoniam, quæ nunc Sclauonia dicitur, & Dalmate ipsi Sclau.

Damascus uetus urbs, Syriæ caput in regione deca

Danae per tres syllabas Acrisij filia à patre (poli. tre turri inclusa, sed à Ioue specie imbris aurei grauidata, unde filiũ nomine Perscũ peperit. Quo cognito pater eã cũ infanti conclusam in arca lignea misit in mare, unde Danae sic in Italiã peruenit, quã Pilumnus rex auus Turni duxit uxore. Vide etiam Acrisius.

Danaus filius Beli, qui in Aegypto regnauit, sed tandẽ Aegypto fratri suo regnum relinquens, uenit in

E 2 . Achaiam

DE LITERA D

Achaiã & ibi regnavit, unde Achaia dicta est Danaã & ipsi Achæi uel Græci uocantur Danai. Hic habuit filias quinquaginta. De quibus uide superius Belides.

Danubius flu. grandis, qui Germaniã à Dacia separat, & per Hungariã fluit. Tandẽ multis ostijs in pontũ ruit: alio nomine Ister.

Dan uicus Galilæe & terminus Iudæe prouinciæ unde iordanis oritur.

Daphne filia Penei regis Thessaliæ, quã cũ Apollo amaret, & fugientẽ sequeretur, in arborem laurũ conuersa dicitur. Ouid. primo Metam.

Daphnis filius Mercurij formosissimus & diues pater Dardanus Iouis filius ex Electra uxore (stor. Coriti. Qui cum occidisset Iasium Coriti filium fugit in Samothraciam, & deinde in Phrygiã, quæ ab ipso uocata est Dardania.

Dardanida sunt Phryges & Troiani sic dicti à Dardano rege. Item Dardanis idis, mulier Troiana.

Dardana sunt fera gens inter Epirum & Macedoniam iuxta Triballos.

Daulia uel Daulis oppidũ Phocidis sub ditione Terrei regis Thracũ, unde Progne uel Philomela dicitur Daulis auis. Oui. Deslet Threiciũ daulias ales itym.

Daunia est regiuncula iuncta Apuliæ, uel pars Apulie à Dauno rege sic dicta.

Decapolis est regio Syriæ propinqua Iudæe quæ habuit decem urbes, inter quas erant Damascus, Gadara, Scythopolis.

Decius

DE LITERA D

Decius fuit Romanus consul, qui in bello sese deuotit, id est, morte obtulit pro patria. Idem fecit filius eius postea, qui etiam Decius dictus fuit.

Deidamia filia Lycomedis regis Syriae, ex qua Achilles in habitu muliebri apud Lycomedem latens ge-

Deianira filia Oenei regis Calido (nuit Pyrrhoniae & uxor Herculis, cui & Hyllū filiū peperit. Cum autē Hercules transiturus esset Eueum fluuiū. Nessus centaurus se sponte obtulit traducere Deianirā, quam deinde cū uiolare uellet. Hercules in eum misit sagittā. Nessus autē ut mortē suā uindicaret, dixit Deianirae, ut suo sanguine linitet Herculis uestem, quo illū retineret in amore sui. Paulo post cum Hercules Iolen uirginem rapuisset, Deianira memor uerborū Nessi, uestem cruore illo linitam Herculi misit. Qua ille indutus tam grauius cruciatus est, ut tandē se in ignē mitteret. Quo audito Deianira se interemit. Ouid. Impia quid dubitas Deianira mori.

Deiphobus filius Priami & Hecubae, qui post mortem Paridis Helenam duxit, quae illum capta urbe tradidit Menelao.

Delos insula in Aegeo uel myrtoo mari, media cycladum, ubi Apollo & Diana dicuntur nati. Vnde ille uocatur Delius, & haec Delia.

Delphi oppidū in Phocide, ubi Phœbus uel Apollo clarissimū templū habuit, & oracula reddebat. Hinc Delphicus dicitur.

DE LITERA D

Delta est pars Aegypti Nilo circumdata, non procul forma triangulari, ad similitudinem deltae literae

Democritus abderites philosophus (Graecorum) & magnus, qui omnes actus hominum tanquam stultos ridebat. Tandem seipsum caecavit, ut subtilius indagaret naturae secreta.

Democles adulator quidam dixit Dionysio tyranno, quod uitam beatissimam uiueret. Tyrannus autem ut beatitudinem suam illi declararet, induit eum habitu regio & mensam copiose paratam ei apposuit, sed super caput eius appendit tenui filo gladium nudum. Tunc Democles tyrannicam uitam miseram esse fassus est.

Demosthenes Atheniensis orator maximus in adolescentia balbus, sed uitium naturae summo labore & industria sic emendauit, ut nemo melius loqueretur. Tandem cum libertatem patriae contra Philippum regem defenderet, ab illo morti est addictus, fugiens ergo cum deprehensus esset uenenum sumpsit.

Demophon uel demophon filius Thesei & Phaedra, ad Troiam pugnavit. Inde rediens tempestate delatus fuit in Thraciam, & Phyllis regina eum hospitio suscepit & coniugio. Deinde profectus est Athenas, affirmans se breui reuersurum. Quod cum non faceret, Phyllis impatientia amoris se suspendit in amygdalo.

Deucalion Promethei filius rex Thessaliae, cuius temporibus fuit in Graecia grande diluuium. Deucalion autem multos homines nauibus liberatos tutabatur. Unde orta est

de orta est

DE LITERA D.

de orta est fabula, q̄ cū perissent omnes homines dilu-
uio præter Deucalionem & uxorē eius Pyrrham, ipsi
cōsuluerunt oraculū Themidis deæ, qualiter genus hu-
manum repararent. Et illa iussit ut uelatis capitibus
post terga sua iactarēt ossa materna, id est, lapides ter-
renos, ex quibus nati dicuntur homines.

Dia est insula inter cyclades: alio nomine Naxus.
In qua Theseus Ariadnen Minois filiam deseruit. Fu-
it autem sacrata Baccho.

Diana filia Iouis & Latonæ, ac soror Apollinis
aut phœbi. Hæc dicitur dea uenationis & uirginitatis
Dicte mons & oppidum in Creta. (Est luna.
Vnde dicteus, id est Cretenfis.

Dictynna dicitur Diana à retibus uenatorijs quæ
Dido filia Beli regis Tyri & uxor Si- (inuenit.
chei pontificis, quæ cū Pygmalion rex Didonis frater
ob diuitias eius occidisset, Dido cū thesauro nauigauit
in Africā, & ibi Carthaginē cōdidit. Deinde cū Hiar-
bas rex eam sibi nubere uellet, & Charthaginēses eti-
am id cogere, igni & ense se occidit, ob quod dicta
est Dido, id est, uirago. Nam prius Elisa dicebatur.

Dindyma mons Phrygiæ ubi colebatur Cybele ma-
ter deorum, quæ ob hoc dicitur Dindymene.

Dion nobilis Syracusanus amicus & auditor Pla-
tonis, à Dionysio tyranno pulsus, illū postea Syracu-
sis expulit, deinde à suis occisus. Alius fuit orator ob
eloquentiā dictus Chrysostronus, id est, aureum os

D 4 Dionysi

DE LITERA D

Dionysius dicitur Bacchus, quasi Iouis filius. Hinc dionysia sunt bacchanalia.

Dionysius etiã est nomẽ duorũ tyrannorũ in Sicilia, quorũ prior uel pater fuit egregius uir, alter uero pessimus, & tandẽ expulsus corinthe pueros docuit li-

Diogenes sinopæus philosophus cynicus (teras. & inuentor cynicæ sectæ, qui opes cõtempnit, & mendicans libere carpebat errantes, & nulli adulabatur. Alius fuit babylonius stoicus.

Dione mater Veneris, & pro Venere ponitur. Ouidius. Hippolyte infelix uelles coluisse Dionem.

Diomedes penultima longa, rex Aetoliæ Tydeos & Deiphylæ filius, qui ad Troiã cũ Aenea cõgressus Venerẽ adiuuantẽ Aencã percussit, qua propter illa multas ei miserias attulit. Nam uxorẽ eius adulterã fecit. Quod audiens Diomedes domũ uenire noluit, sed in Apuliã profectus arpos cõdidit, Item socij eius mutati dicuntur in aues herodios. Alius fuit Diomedes rex Thraciæ, q̄ suos equos pascebat carnibus aduenarum, quẽ tandẽ Hercules suis equis deuorãdũ obiecit.

Diospolis magna urbs in finibus Aegypti, ad Nilũ sita: alio nomine Thebe, quæ centum portas habuit, & magnifica ædificia.

Dirce mulier babylonica & formosa, quæ quoniã Palladi cõuiciata fuerat, cũ se lauaret uersa est in piscem. Alia fuit Dirce uxor Lyci regis Thebarũ, qui cũ ante haberet uxorẽ Antiopã, & illa ex Ioue grauida esset,

DE LITERA D.

esset, illā repudians Dircē accepit, quæ antiopā ualde afflixit, & incarcerauit. Antiopa tamē tēpore partus soluta, peperit gemellos. s. Zethū & Amphionē, qui postea Lycū occiderūt, & Dircē alligauerunt caudis indomitorū equorū, quæ in fontē mutata dicitur. Est enim Dirce fons circa Thebas. Vnde dirceus. i. theba-

Dyrrachiū urbs maritima in Illyrico uel (nus. Macedonia prius dicta epidamnum.

Dithyrambus est nomen bacchi. Item dithyrambi sunt uersus in laudem uel honorem bacchi.

Dodona oppidū Epiri, circa quod fuit sylua quercuū, Ioui sacrata, in qua colūbæ olim responsa dabāt.

Dolon Troianus uelox pedibus, qui noctu missus explorator ad castra Græcorū pro premio poposcit equos Achillis. Sed deprehensus à Diomede & Vlysse qui & ipsi exploratū exierāt, cōsilia Troianorū illis apuit, spe uitæ cōseruādæ, q̄ tamē spes ipsum fefellit.

Dolopes sunt quidā Græci. s. populus in Thessalia, qui cū Pyrrho uenerūt ad Troiā. Ver. Dolopūq; exer

Donyssa est insula in Aegæo mari. (citus omnis.

Doris idos, nympha Oceani & Tethyos filia & uxor Nerei: ponitur pro mari. Verg. Doris amara suam non intermisceat undam.

Doris uel dorica, est quedam pars Græciæ circa Doriscū, promontoriū in Attica. (Thessaliam.

Drepanū oppidū Siciliæ & mons. Ver. Hinc drepani me porta & illetabilis ora, ubi obiit Anchises.

E S Dryas

DE LITERA E

Dryades nymphae sylvarum uel arborum, quae & *Hamadryades* uocantur. Nam *drys* graece quercum significat. Declinatur autem haec *dryas* huius *dryadis*.

Dryopes populus circa *Parnassum*, scilicet *Phocenses* cultores *Apollinis*.

Dryidae uel *druidae*, erant magi & superstitiosi homines in *Gallia* syluas inhabitantes.

Dulichium insula in *Maliaco* mari circa *Achaiam*, inter *Echinades* insulas & *Itacham*, sub ditione *Vlyssis* olim. Vnde *dulichius* accipitur pro *Vlysse* uel ad eum pertinente.

Durias magnus flu. *Hispaniae* circa *Numantiam* per *uacceos* fluens, qui *Galleciam* separat à *Lusitania*.

DE LITERA E

E *Burones* sunt *Galliae Belgicae* populus, qui nunc dicuntur *Leodienses*.

Echatana urbs *Medorum* caput regni.

Echinades uel *echinae* sunt insulae in *maliaco* mari.

Echion fuit unus e socijs *Cadmi* primi regis *Thebarum*, & pater *Pentheis* regis, qui ab eo dicitur *echionides* & *echionius*, id est, *Thebanus*.

Edessa urbs *Mesopotamiae* uel *Syriae*, ubi regnabat *Abagarus*, qui Christo literas misisse fertur.

Elea urbs *Graeciae* in *aolica* regi òe, ubi natus fuit *Zeno*, q ab ea uocatur *eleates*. Hinc *eleatica* doctrina dicitur *logica*, quam *Zeno eleates* inuenit, ut ait *Arist.*

Electra filia *Oceani* & *Tethyos* uxor *Atlantis*.

Alia

DE LITERA E

Alia fuit filia Atlantis. Item alia soror Orestæ.

Elamitæ populus maritimus in Arabia.

Elimais regio Asiæ maioris uicina Parsidi.

Elis idos, urbs Achaïæ uel Arcadiæ, apud quam
exercebatur currule certamen in honorẽ Iouis Olympi.
Inde eleus a uim. de quo Verg. Hic uel ad elei me-
tas & maxima campi &c.

Eleusin uel eleusis est ciuitas in Attica non procul
ab Athenis, ubi erat nobile templum Cereris, quæ ex
hoc dicitur eleusina mater.

Elice est stella maris uel sidus iuxta polum arcticum
quod dicitur ursa maior uel calisto. Vide superius ar-
ctos. Luca. Parthasis obliquos elice cū uerteret axes.

Elisa est proprium nomẽ Didonis reginæ. i. Carthæ.

Elysium secundum poetas est locus in medio infe-
rorum suis uoluptatibus plenus, ubi dicuntur esse ani-
mæ bonorum. Ver. Sed amœna piorum Concilia ely-
siumq; colo. Hinc adiectiuum elysius.

Elpenor unus è socijs Vlyssis, quem Circe mutauit
in porcum. Homerus tamen ait: q̄ cum ebrius esset de
scalis cadens sit mortuus.

Emathia est regio græciæ: alio nomine Macedonia

Emerita augusta est urbs Lusitanie (uel Thessalia.
opposita Anæ fluuio.

Emmaus urbs Palestinae, post dicta Nicopolis.

Emolphus pater Musæi poetae uetusti.

Empedocles agrigentinus, i. ex agrigento oppido
Siciliæ

DE LITERA E

Sicilia, uir doctus, discipulus Pythagoræ, & inuētor
rhetoricæ, poeta & philosophus, qui de rerū natura
uersibus scripsit, hic ut putaretur deus factus, noctu à
socijs clam discedens, in ardentē caminū montis Act-
næ se misit, sed ferreæ eius crepidæ ex camino per flam-
mam reiectæ, rem patefecerūt. Hora. Deus immorta-
lis haberi dū cupit Empedocles, ardentē frigidus Act-
nam insiluit. Alij tamē aliter de eius morte scripserūt.

Enceladus gigas titani & terræ filius, cum contra
deos bellaret, à Ioue fulmine dicitur occisus, & sub
Aetna monte sepultus. Verg. in. 3. Aeneidos.

Endymion

Endymion quidā pastor quē luna amauit, & ut eū
dormiētē posset osculari sopiuit eū in Latmo mōte Ca-
riæ. Oui. Latmius Endymion nō est tibi luna pudori.

Engonasis a curta, est signum coeleste, & interpre-
tatur genu innixus. Nam uidetur esse uir cum draco-
ne pugnans, quem uolunt esse Herculem.

Enyo est bellona. i. dea belli uel furor bellicus. Mar-
tialis: Cum dubitaret adhuc belli ciuilis Enyo.

Enyochi quasi tenentes habenas. i. equitantes, sunt
ferus populus in Pontica regione.

Enipeus auriga Hectoris à Diomede occisus.

Enipheus fluuius Thessaliæ ab Othry mōte descendēs
in apidanum fluuium. Luca. Sanguine Romano quā
turbibus ibit Enipheus.

Ennosigæus. i. Neptunus deus maris quasi cōcuti-
ens terrā. Nam enno significat cōcutio, gæan terram.

Iuuenalis:

DE LITERA E

Iuue. Ipsum cōpedibus qui uinxerat Ennosigæum.

Eous est oriens uel aurora. Verg. Aut cum sole nouo terras irrorat Eous. Accipitur etiam adiectiue. *Luca. Tradimus hesperias gentes aperimus eoas. i. orientales. Scribitur etiam quandoq; per diphthongon æ. Verg. Aeosq; domos arabum.*

Epaminundas Thebanus dux optimus occisus à Spartanis in prælio, cū quo ut ait Iustinus gloria thebanorum & nata & extincta fuit.

Ephesus media curta, urbs Asiæ & metropolis Ionie ab amazonibus condita, teste Plinio.

Ephialtes filius Aloei, & frater Oeti. Vide supra

Epicharmus Siculus poeta comicus & (Aloeus. philosophus Pythagoræ discipulus.

Epidamnū urbs Macedonia: alio nomine dirrha

Epidaurus urbs Achaie, ubi colebatur (chium. æsculapius, qui ob hoc dicitur epidaurius. Itē est urbs maritima in Dalmatia uel Illyrico, quæ nunc ragusiū

Epicurus atheniensis philosophus, qui (uocatur. uoluptatem statuit summum bonum. Inde epicureus, id est, qui epicuri sectam sequitur.

Epimetus filius Iapeti & frater Promethei, pater

Epimenides cretēsis à patre suo missus (Pyrrhæ. in agrū ut ouē afferret, diuertēs in specū, dormiuit annis. 57. Deinde excitatus, ouē quæsiuit, putās se paululū dormisse, postea philosophari cœpit. Vixit annos 157. secundum alios uero ducētos nonagintanouem.

Epirus

DE LITERA E

Epirus i producta est regio inter Illyricum & Macedonia: nunc uulgo uocatur arton. Hinc fit epirota. id est, aliquis de epiro.

Ephyre media curta urbs Achaiae, post dicta Corinthus. Inde ephyreus. Lu. Ephyreaq; moenia seruāt.

Ephrata oppidum Iudaeae: alio nomine Bethleem, ubi Christus natus est.

Erasinus i producta fluuius Achaiae magnus.

Erato a correpta, est una musarum, & interpretatur amabilis.

Erebus est pars inferni ubi minus mali cōtinētur. Verg. Ad genitorem imas erebi descendit ad umbras.

Erembi populus ferus in finibus Arabiae, in specibus montium nudus degens, & sine opibus.

Erycina, id est Venus sic dicta, ab eryce monte Siciliae, in quo celebre templum habuit. Horat. Siue tu mauis erycina ridens.

Erichteus rex Athenarū: alio nomine erichthonius.

Erichto quaedā uenefica uel incantatrix pessima, unde ponitur pro qualibet maga uel incantatrice,

Erichthonius uel erichtheus filius Vulcani, qui cū Pallade coire uoluit, sed illa fortiter resistente, semen in terrā cecidit. Quod Pallas uidens pra pudore terra cōtextit, ex quo natus est Erichthonius, quē Pallas infantē cistella inclusum, tradidit alendū filiabus Cecropis regis Atheniensis. Item Erichthonius dicitur habuisse pedes serpētinis, & ideo primus instituit curribus

DE LITERA E

ribus uehi. Verg. 3. Georgi. Primus Erichthonius cur-
rus & quatuor ausus Iungere equos &c. Idem argen-
ti fuit inuentor secundum Plinium.

Eridanus magnus fluuius in Italia, ab alpibus ue-
niens. Alio nomine padus. Luca. Eridanus fractas de-
uoluit in æquora syluas.

Erigone filia Icarij & soror Penelopes, quæ patrē
suū à rusticis ebrijs occisum ita luxit, ut seipsam præ
dolore suspenderit. Sed miseratione deorū mutata fu-
it in cœleste signū quod uirgo dicitur. Verg. Qua lo-
cus Erigonen inter chelasq; sequentes.

Erymanthus est mons syluosus Arcadiæ, in quo
aprum terribilem Hercules cepit & uiuū detulit Eu-
rystheo regi. Est etiā fluuius ab illo monte defluens.

Eriphyle penultima longa, uxor Amphiarai uatis
quæ illum latentem prodidit ob auaritiā. Nam Argia
regis filia pulchrum monile ei promisit, si uirū suum
monstraret. Quod cum fecisset, & ille ad Thebas pe-
riisset, Alcmaus filius Eriphylen occidit in ultionem
patris sui.

Eriphysa insula una ex æolijs quasi litem sufflans.

Erisiton penultima longa, quidā Thessalus qui Ce-
rerem spernens, & eius lucū succidens, tam fameli-
cus factus est, ut consumptis omnibus bonis uenderet
pro cibo etiā filiā, quæ ope Neptuni in uarias species
mutata, semper refugit emptorē suū. Tandē Erisiton
propria mēbra præ fame comedit. Oui. 8. Metamor.

Eryx

DE LITERA E

Eryx filius Neptuni et Veneris, rex Siciliae. Est mons in Sicilia prope Drepanum ab rege denominatus. In quo monte templum Veneris fuit, unde dicitur erycina.

Erythreum mare. i. rubrum mare. Nam erythros graece ruber dicitur.

Ero puella in urbe hellesponti phasto. Vide Leader.

Eros huius erum, dicitur amor aut charitas. Sed eros huius erotos, est cupido. i. deus amoris.

Essedones populus scythicus, qui funera cantu esse rebant, et carnes mortuorum mixtis pecudum carnibus edebant. Item de ossibus humanis pocula faciebant.

Estis fluuius Umbriae.

Eteocles filius Oedippi regis Thebarum, qui cum Polynice fratre suo ita conuenerat, ut alternis annis regnarent. Sed Eteocles anno suo finito, noluit fratri cedere regnum, quare Polynices Adrastrum regem Argivum socerum suum, et alios principes Achaiae commouit ad bellum gerendum contra Eteoclem. In quo bello cum multi utrinque essent occisi, tandem ipsi fratres scilicet Eteocles et Polynices congressi, alter ab altero sunt interfecti. Quorum cadauera cum in uno rogo comburerentur, flamma se diuisit in duas partes, quasi illi nondum finissent odia. Statius in thebaide.

Ethruria est regio Italiae: alio nomine Tuscia inter macram et tibrim fluuios. In qua sunt urbes. ii. scilicet Perusium, Cornetum, Volaterra, Pisa, Luca, Sarsana, Pistorium, Sene, Aretium, Florentia, Massa. Inde
Etruscus

DE LITERA E

Ethruscus, id est Tuscus, ut populus Ethruscus & sermo Ethruscus. Vide Hetruria.

Euan est cognomen Bacchi, à uoce Bacchantium.

Euander Mercurij & Nicocraste uel Carmētis filius, cū fratrem suū imprudēs occidisset, fugit in Italiam, & in Palatino monte fecit oppidū nomine Palanteū.

Euadne filia Martis ex Thebe uxore Asopi, uxor Capanei ducis, quem adeo dilexit ut in rogum eius semiserit, & cū illius cadauere fuerit exusta.

Euboiā insula adiacēs Atticæ et Boetiæ ualde propinqua. Est & urbs in eadē quæ hodie dicitur nigro-

Euclides i producta, Megarensis philosophus, auditor Socratis & insignis geometra, qui quotidie ex Megara Athenas ibat ad Socratem audiendum, & tēpore belli in habitu muliebri ne nosceretur.

Euchion nomen Bacchi.

Eudoxus magnus astronomus & medicus & geometra, qui primus annū deprehendit & conscripsit.

Euenus e producta fluius Aetoliæ.

Euganei populus uetus in Venetia. Nam ueneti pepulerunt Eudaneos.

Euhysus. i. Bacchus. Horati. Curas edaces dissipat Euhysus. Et interpretatur bonus filius.

Euhyas, id est, Baccha, sacerdotula Bacchi.

Eumenides sunt furie infernales. Oui. Eumenides tenuere faces &c. In singulari dicitur Eumenis media

Euphranor statuarius & pictor insignis. (curta

F Euphrates

DE LITERA E

Euphrates media producta, grandis flu. Parthoriū qui oritur in Periarde mōte Armenia, nō lōge à fonte tigridis, & transiens babylonē, tandē influit mare ru-

Eumolphus pater Musæi poetæ uetustissi- (brum. mi. Alij scribunt Emolphus.

Euphrosyne est una de tribus gratijs, & interpre-

Euryalus nobilis adolescēs Troia/ (tattar letitia. nus. Cum Aenea profectus in Italiā. Qui cū Niso ami- co suo egressus nocte per hostiū castra ad Aeneā, cum multos hostiū occidisset, tandē ab equitibus deprehen- sus est Euryalus, quē Nisus cū eripere nō posset, cum eo mori maluit quān fugere. Verg. lib. 9.

Eurydice uxor Orphei, ab Aristæo adamata. Quē cū quādoq; illa fugeret in sylua, à serpente ic̄ta inte- rijt. Pro qua recuperāda Orpheus inferos adiit & car- minibus illos ita flexit, ut eā sibi redderēt hac lege, ne respiceret illā donec ad superos redisset. Quod cum præ amore nō seruasset, iterum eam amisit. Verg. 4. Georg. Alia fuit Eurydice uxor Nestoris.

Euripides poeta tragicus, tādē à canib. laceratus.

Euripus media produ. est pars maris inter Euboiā & Boetiā, ubi fluctus septies in die & toties in nocte mutatur tam uehementer, ut naues plenis uelis cur- rentes retrahat secum: accipitur pro quouis fluctu.

Eurystheus filius Stheneli rex Mycenarū, qui astu- tia Iunonis Herculē ad arduas res agēdas incitabat, ut sic ille periret, licet Hercules uirtute sua semper ui- ctor euaderet.

Eurytus

DE LITERA E

Eurytus media curta, rex *œchaliæ* pater *Ioles*, quæ *Hercules* urbe capta occidit, eo q̄ filiã desponsatã si-
Europa o longa, filia *Agenoris* re- (bi negasset.
gis Phœnicũ, quã *Iupiter* forma bouis aut uituli rap-
tam abduxit in *Cretam*. Est etiã tertia pars orbis ter-
ræ, incipiens à *Tanai* uel *helleſponto*, & desinens in
Atlanticũ fretum. Regna *Europæ* sunt *Græcia*, *Thra-*
cia, *Illyricum*, *Pannonia*, *Germania*, *Italia*, *Gallia*,
& *Hispania* cum insulis uicinis.

Eurotas o longa, flu. *Laconia*, *Spartã* urbẽ præter
fluens, cuius ripæ lauro abundât, unde sacratus *Apol-*

Euterpe est una musarũ, ab euter= (lini dicitur.
po quod est bene delector.

Eutinius poeta locrensis, semper uictor in *Olym-*
piã, *Iouis* & *Apollinis* iussu uiuus consecratus.

Euxinus est pars maris iuxta *Byzantium*: alio no-
mine *pontus*. Et interpretatur bonũ hospitium, unde sic
dicitur per antiphrasim, quia sunt ibi loca periculosa.
Oui. Quem tenet *euxini mendax* cognomine *pontus*.
Antea dicebatur *axenus*. i. in hospitalis.

Exquiliæ arum, mons & uicus in urbe *Roma* sic
dictus, quia ibi erat arx & excubiæ regis *Tulli*, qui il-
lum montem urbi abdidit.

¶ Nota multa nomina quorũ principium sonat e, in-
uenies in litera a aut o, uidelicet quæ habet in princi-
pio diphthongon æ aut œ. Item aliqua inuenies in lite-
ra h quæ forsã hic quæris. De litera f nullũ nomẽ po-
nit *Tortellius*.

F 2

Fabaris

DE LITERA F

F Abaris media curta, fluvius Sabinorū. Alio nomine Farfarus.

Fabius maximus consul Ro. qui cōtra Hannibalē dictator. i. summus princeps electus, illius conatus astutia sua impediuit, & illius ferociā sua patiētia fregit, & ut Ennius ait, cunctando Ro. rem restituit. Fuerūt & alij clarissimi uiri hoc nomine. Item trecēti & sex Fabij occisi fuerūt per insidias à Veientibus, cum diu & egregie contra illos bellassent, supra Cremera.

Fabricius consul Romanus, qui contra Samnites & Pyrrhum regem bella gessit, ualde sobrius & fidelis. Nam munera hostiū spreuit, & regis medicū sibi pollicentē necem domini sui ligatum remisit ad regē, scribens etiam quid ille facere uoluisset.

Falisci populus Hetruriæ, quorū urbē nomine Falerios Camillus Ro. dux obsedit, ludi magister quasi spatium egressus cum Faliscorū filijs, illos tandē tradidit Camillo. Sed Camillus eum nudatum, & à pueris cesum remisit in urbem. Quare Falisci iusticiam Camilli admirati, urbem illi dediderunt.

Falerij fuit urbs Faliscorū, nūc uicus in Hetruriæ.

Falernus mons Campaniæ, ubi ualde bonum uini nascitur, quod & falernum à loco dicitur.

Fanum urbs Piceni in littore adriatico, inter Pisaurum & senogalliā, ubi olim fuit fanū. i. tēplū fortunæ.

Fauentia ciuitas in Flāminia, quæ & forū sempronium dicitur.

Faunus

DE LITERA F

Faunus uetus rex Aboriginum in Latio filius Pici,
deus habitus post mortem. (monstrosa.

Fauni dicuntur à poetis agrestes dij uel animalis *Fauni dicuntur
quasi in ferri.*

Feltrum oppidū Italiae in Marchaia taruisina.

Felsina urbs Italiae in Flamminia uel Aemilia, quae
urbs etiam Bononia dicitur. Baptista Mantua. Felsina
dicta fuit sermone Bononia prisco.

Ferraria urbs Italiae ad ueterem padum sita.

Feronia mons & nympa in Cāpania circa tarri
cinā, & secundū alios etiā urbs circa Soracte montē.

Ferentum oppidū Apuliae aut Lucaniae.

Ferentinum oppidum Hetruriae.

Fescennia oppidum Hetruriae, ubi nuptialia carmi
na dicuntur inuenta, quae ob hoc fescennina uocatur.

Fesula arū, urbs olim Hetruriae nō pcul à florētia,
nūc uicus modicus, licet episcopale sedem retineat.

Fidena arū, fuit oppidū in Latio. Inde Fidenates.

Firmum oppidū in Piceno. Inde Firmanus.

Flāminia est Italiae regio, quae & amilia & uulgo
Romandiola dicitur. In qua sunt urbes Bononia, Fa
uentia, Imola, Rauenna, & Ariminū cum alijs.

Flamminia uia est quā Flamminius consul Ro. stra
uit lapidibus à Roma usq; Ariminū. Vnde & uia &
regio nominata est ab illo cōsule, qui Ligures uicerat.

Flavius erat nomē familiae Romanae, ex qua erant
Vespasianus & filij eius Titus & Domitianus, qui à
Iuuenale dicitur Flavius.

F ; Floren

DE LITERA F

Forentia urbs insignis Hetruriae ad Arnū flu. primo dicta Fluentia, hāc à Gothis euersam, Carolus magnus reformauit. Fluentia olim dicebatur Florentia, ut modo scriptum est.

Formiae oppidū Cāpaniae, olim sedes Lastrygonū iuxta Caietā: Inde formianū, i. praediū iuxta formias.

Forum Corneliū est ciuitas in Flamminia, quae et forum Syllae, et uulgo uocatur Imola.

Forū iuliū ciuit. q̄ et aqleia dicitur, uide Aquileia.

Forliuiū uel forū liuium, est ciuitas in flamminia.

Forū sempronii, urbs in Flāminia: alio nomine Fa-

Franconia regio germaniae inter Hassiam et Sueuiā: Cuius urbes sunt Franchfordia, Bamberg, Moguntia, et caeterae.

Fregellae arum, uetus oppidū in Latio.

Fucinus i curta, magnus lacus marsorum in Italia.

Fulgina urbs Umbriae inter Spoletū et Nuceriā.

Frusino ciuitas in Latio uel Campania.

Fundi urbs latina in appia uia, unde uinū fundanum. Alij ponūt in Campania, quod parum differt.

Furiae dicuntur tres filiae Acherontis et noctis, scilicet Alecto, Tisiphone, et Megera, quae torquēt inferos, et pro capillis habent angues. Vocantur etiam Dirae et Eumenides, et infernae canes.

DE LITERA G

Gabij orum, fuit urbs Volscorū in Latio, euersa tandem à Romanis. Inde Gabinus a um.

Gaballi

DE LITERA G.

Gaballi populus Gallie celtica, in arelatēsi ducatu

Gades gadium, est insula Oceani ultra Bethycam Hispaniā, circa columnas Herculis. Inde Gaditanus.

Gaddir est urbs in gadibus uel ipsa insula.

Geon est flu. per Aegyptū & Aethiopiam fluens. Alio nomine Nilus, & oritur à fonte paradisi.

Galathea nympa marina, filia Nerei et Doridis.

Galatia uel gallogræcia, est prouincia Asiæ minoris. Nam galli olim agros phrygiæ, lydiæ & Paphlagoniæ occupantes, eos à se denominauerūt galatiam, & ipsi dicti sunt galatæ uel gallogræci.

Galetia uel galatia, est prouincia Hispaniæ habēs ab oriente sequanam fluuium, à meridie Lusitaniam, ab occidente & septentrione Oceanum.

Gallogræcia regio Asiæ, q̄ & Galatia, uide supra.

Galesus e longa, fluuius Calabriae prope tarentū.

Galenus pergamenus, medicus præstātissimus temporibus Antonini imperatoris.

Galilea est pars Iudææ trans Iordanem coniuncta Syriæ & Arabiæ.

Gallia est regio Europæ inter Hispaniā & germanā sita. Diuiditur in tres partes, quarū prima dicitur Belgica, altera uocatur Celtica uel Lugdunēsis, tertia uero Aquitania. Prima est propinqua Germaniæ. s. à Scalde flu. ad sequanā. Altera à sequana flu. ad flumē garūmnā. Tertia à garūna ad pyreneū montē uel ad Hispaniā. Est etiā gallia in Italia, quā Itali uocāt gal-

DE LITERA F

liam Cisalpinam, & uulgo Longobardia dicitur.

Gallus fluuius Phrygiæ cuius aqua potantes facit
furere. Ouidius. Amnis id insana nomine gallus aqua.
Hinc dicebatur galli sacerdotes cybeles deæ phrygiæ,
qui se castrabāt, & inter sacrificandum furiose se ha-
bebant. Luca. Crinemq; rotantes Sanguinei populus
ulularunt tristia Galli.

Ganges magnus fluuius Indorum, ex fonte para-
disi ortus. Inde gangeticus, id est, indicus. Lucanus. Et
quas sentit Araas & quas gangetica tellus.

Gangaridæ populus Indiæ iuxta gangem.

Ganymedes filius Trois regis Troiæ, ob admiran-
dam pulchritudinē suā raptus ab aquila, & pincerna

Garamantes pop. Libyæ & Africæ. (Iouis factus.

Garamantes sunt populus Libyæ iuxta Syrtes, su-
pra quos psylli, ut Plinius tradit.

Garganus mons Apuliæ. Luc. Appulus adriacas exit
garganus in undas.

Gargara pluraliter mons & oppidū sub mōte in
Mysia, & pro tota regione ponitur. Alij uolūt esse ca-
cumen montis Idæ.

Gargarus est lacus Phrygiæ iuxta Idam montem,
ex quo lacu Scamander & Simois fluuij decurrunt.

Garūna flu. Gallicæ, q celtas ab aquitania separat.

Gaurus mons Campaniæ nō procul ab Auerno,

Gaza urbs Palestinæ uel Iudææ, ubi olim regia ga-
za, id est, pecunia erat.

Gabennæ

DE LITERA F

Gabenna ciuitas Allobrogū in Sabaudia, quæ & Gelon rex aut tyrānus Siciliae. (aureliana dicitur Geloni populus Scythicus, & producitur o.

Gelas urbs & fluius Siciliae.

Genezara lacus Galilææ. 16. milia passuū longus & sex milia passuū latus atq; multis oppidis septus. Etiam dicitur mare Galilææ & mare tiberiadis, nam Tiberias urbs ei adiacet.

Genius dicebatur à priscis deus nature, & quod omnium rerum gignendarū uim haberet. Vnde cuiq; rei genitæ dicebatur suus genius. Item aliqui assignāt cuiq; homini duos genios, scilicet bonum & malū, sicut theologi duos angelos. Accipitur etiā genius pro natura, ut suum defraudans genium. (citur.

Genua nobilis urbs Liguriæ, quæ uulgo ianua di-

Geryones o curta, rex Hispaniæ, qui propter tria regna sua dictus est tricorpor, occisus est ab Hercule. Alij dicūt fuisse tres fratres ita cōcordes ut unus puta-

Germani dicti sunt quasi fratres Gal- (retur.
lorum, quibus solent pares esse moribus.

Germanorum (inquit Plinius) quinque sunt genera. Primū genus uindelici, quorum pars Burgundiones, uarrini, charmi, guttones. Alterū genus, Ingeuones, quorū pars cimbrī teutoni. Proximi aut̄ rheno isteuones, quorū pars cimbrī mediterranei. Quartū genus hermiones, quorū sueui, hermunduri, chatti, cherusci. Quinta pars peucini, basterne, contermini dacis.

F 5 Germa

DE LITERA G

Germania habet ab oriente dacos, ab occidēte gallos, à meridie Italiam, ab aquilone oderam flumē quo à sarmatia separatur.

Getæ pop. Thraciæ, uel (ut alij dicūt) iuxta Thraciam. Sunt enim getæ iuxta Hungariã, q̄ uulgo uocātur Vualachi & transyluani, qui olim daci nominabātur.

Getuli populus uagus in Africa. Luca. Inculto getulus equo semperq; paratus.

Gyarus a curta, insula parua & una cycladū, quo mittebantur exules Romani. Ponitur etiã pluraliter.

Gyges cœli & terræ filius & frater Briarei gigas maximus & centimanus. Alius fuit rex Lydiæ, q̄ consuluit Apollinē delphicū, an aliq; esset se felicior. Apollo aut̄ prætulit illi Aglaū quendā rusticū & paupe

Gymnosophistæ, erant sapientes Indo- (rem. rum qui ibāt nudi. Nam gymnos græce nudus dicitur.

Gindes fuit magnus flu. Assyriorū, quē Cyrus rex (quoniã exercitū suū impediisset, & dilectū sibi militem absumpsisset) in quadraginta sex alueos diuisit.

Glaucus quidā marinus deus. De quo uide Scylla.

Gnidus urbs in Caria. Hor. O uenus regina gnidi.

Gnosus urbs Crete insule. Inde gnosius. i. Cretēsis.

Gnosus. i. Ariadne filia Minois regis Crete.

Gorgias Leontinus sophista, & rhetor insignis, qui arte sua sic ditatus fuit, ut aureā statuam primus omnium poneret in templo Apollinis delphici.

Gorgon dicitur Medusa filia Phorci, quæ cum duabus

DE LITERA D.

Abus sororibus habitabat gorgades insulas in Oceano
Aethiopico, quæ sorores dictæ sunt gorgones. i. agi-
les. De his uide Medusa, item à gorgon fit gorgoneus.

Gordius rex Phrygiæ primo rusticus. Nam cum
Phryges oraculū cōsulissent super electione regis, re-
sponsum est ut illū crearēt regē qui templū primus in-
traret. Itaq; primus uenit Gordius rusticus, lora plau-
stri portans. Qui rex factus, lora illa in memoriā rei
suspendit in templo Iouis, quæ ita perplexe erāt con-
nexa, ut difficillime possent dissolui, & ferebatur ora-
culum, ut qui lora illa dissolueret, regno potiretur.

Gordium urbs principalis in Phrygia à Gordio
rege dicta.

Gothi sunt populus Scythicus circa Daciam &
Noruuegiam, qui nūc Suedi & Rusci uocātur, hi tem-
pore Honorij imperatoris multas prouincias Alarico
rege peruagati etiam Romam ceperunt.

Granicus fluuius Phrygiæ.

Gracchi erant duo Romani fratres nobiles, & elo-
quentissimi, sed seditiosi & concitantes plebē cōtra se-
natum, quare occisi sunt à senatu. Iuuenalis: Quis tu-
lerit gracchos de seditione quærentes.

Gradius, id est, Mars deus belli. Verg. Gradivūq;
patrem geticis qui præsidet aruis.

Gryllus filius Xenophontis, qui pro patria forti-
ter pugnans occubuit, laudatus à multis.

Grynia urbs Asiæ. Vnde gryneū & gryneus A-
pollo. Hadria

DE LITERAE F

HAdria fuit urbs maritima in Italia, à qua dicitur hadriaticum mare, quod est inter Italiã & Illyricũ. Sine h potius scribendum uidetur.

Halcyone filia Neptuni, uxor Ceycis, quẽ illa submersum uidens, se quoq; præ dolore submersit, ambo dicuntur mutati in aues, quæ uocantur Halcyones, & byeme circa mare nidificãt, & pullos tunc excubant.

Halicarnasus urbs Carie maritima.

Halys flu. ortus in monte Tauro, & in Euxinũ desinens, qui quondã diuisit regnũ Cræsi à regno Persarum. Cræso aut Apollinẽ cõsulente super bello, quod cũ Cyro rege Persarũ gerere cogitabat, sic Apollo respõdit: Cræsus trãsgressus halym plurima regna &c.

Halixones populus paphlagonie, quasi mari cincti. Nam hali græce significat mare,

Hamadryades sunt nymphe, quæ cũ arboribus nasci dicuntur & mori. Nam hama significat simul, drys quercum.

Hamilchar, dux Carthaginensis pater Hannibalis

Hannibal pœnus, id est, Carthaginensis dux clarissimus, qui .16. annis bellũ cruentissimũ gessit in Italia cum Romanis; neq; pelli potuit, donec à suis reuocaretur. Tandem in Africa uictus à Scipione, fugit in Asiam ad regem Antiochũ, deinde ad prusiam regem Bithynie sollicitans illos ad bellũ Romanis inferendum. Tandẽ cum Prusias rex eum Romanis tradere uellet, uenenum quod in annulo habebat sumpsit.

Harmoni

DE LITERA H

Harmonides Troianus faber, q̄ naues Paridis fecit.

Harpalice regina Amazonū, quæ patrē suum regē Thraciæ à Getis captum subito impetu liberauit.

Harpyiæ dicuntur fuisse aues rapaces capitibus humanis: de quibus Verg. 3. Aeneid. Harū nomina sunt: Aello, Ocipete, Celeno, & Thyella. de his infra Phineus & Strophades.

Harpe, falcatus ensis Persei quo Medusam & Cerastus
Hastribal dux carthaginiensis, frater Hannibalis: occisus à Romanis in faucibus Italiae cū magno exercitu quē fratri afferebat.

Hebe filia Iunonis, pincerna Iouis ante Ganymedē. Tandē facta uxor Herculis deificati: & dea iuuetæ di
Hebrus flu. Thraciæ ortū habēs ex Pindo (citur
Hebræi sunt Iudæi, sic dicti. uel ab Heber (mōte. quodā proauo suo, uel potius quia transierunt siccis pedibus rubrum mare & Iordanem. Nam hebraeus interpretatur transitor.

Hecate media breui est Proserpina uxor Plutonis, & inferorum regina: ab hecatos quod est centū, quia centum uictimis sacrificabant.

Hecatombe sacrificiū centū uictimis cōstans, quod fiebat Proserpinæ, uel cōstans centū aureis solidis.

Hecatompylos urbs Parthorum, regni caput.

Hector Troianus, dux fortissimus, filius Priami & Hecubæ, post multas Græcorū cedes occisus ab Achille

Hecuba filia Cyssæi regis Thraciæ, uxor Priami regis Troiæ

DE LITERA E

gis Troiæ, quæ post excidium Troianum uiro cum filijs occiso, mutata dicitur in canem.

Hedui populus Galliæ in prouincia Lugdunen.

Hegesias cyrenaicus philosophus, qui mortem adeo laudabat, ut audito illo, multi se occiderent.

Helena filia Iouis ex Leda uxore Tyndari regis laconicæ, hæc ob eximiã pulchritudinem bis rapta fuit, primum adhuc puella à Theseo, secundo iam Menelao nupta à Paride, propter quã recuperandã Græci cū Troianis decemnale bellum gesserunt.

Hiliades dicuntur filie solis ex Neera. s. Phaetusa, Lampetia, & lampetusa, quæ casum fratris sui Phaetontis adeo fleuerunt, ut in arbores mutatae sint, quæ electrum manant. Oui. 2. meta. helios autem græce sol dicitur.

Heliopolis urbs Aegypti, quã aliqui scribunt etiam Theben fuisse dictã. Plinius autem theben dicit uocatam fuisse diospolim, & Strabo inquit Heliopolim esse de-

Heliogabalus fuit imperator quidam (sertam. Romanus turpis uitæ.

Helicon mons in Aonia non longe à Parnasso, missis dicatus. Nam in eo est fons caballinus, quæ pegasus

Helorus fluuius Siciliæ. Verg. Exupero (fecit. præpinguæ solum stagnantis Helori.

Hellas adis, dicitur Græcia, ab Hellene rege filio deucalionis. Item hellenes ipsi græci.

Helle filia Athamantis regis Thebarum & nepheles, quæ cū Phryxo fratre suo nouercales insidias fugiens

ens

DE LITERA H

ens, arietem auri uelleris ascenderunt ut ueherentur in Colchon. Cum autē uenissent supra mare iuxta Byzantium, Helle territa decidit & submersa est. Vnde mare illud dicitur ab ea hellespontum, quod est à Tenedo insula usq; ad propontidem satis angustum.

Heluetij populus galliæ, qui hodie suiceri uel suites

Hæmonia regio græciæ, quæ & Thessalia uocatur. (ses dicuntur.

Heraclia urbs in græcia ad Oetam montē. Alia in propōtide, uel thracia, habēs maximū amphitheatrū. Itē alia in ponto ad Lycū flu. Alia itē in Italia in finibus Campaniæ. Hinc heracleotes, id est, de heraclea.

Hercules filius Iouis ex Alcmena coniuge Amphitryonis Thebani. Cuius multa scribuntur & maxima gesta, sed nō minora ueris, Duodecim labores eius habet Boetius sine libri quarti.

Heraclides philosophus ex heraclea pōti ualde tumidus, qui moriturus iussit cuidā, ut draconē à se nutritum lecto suo cū mortuus esset imponeret, & corpus clam tolleret. s. ut putaretur deus factus. O miserū

Heraclitus ephesius philosophus (philosophū. superbus, qui de theologia librū ualde obscurum scripsit, nolens scilicet à uulgo intelligi.

Hercynia sylua maxima germaniæ, der schwarzwalt, incipiēs ab heluctijs & ad dacos tendēs. Latitudo eius est. 60. dierū itinere, longitudo uero ignota.

Hermes dicitur Mercurius, deorū interpres. Nam hermes græc. i. interpres latine Herma-

DE LITERA H

Hermaphroditus dicitur Mercurij & Veneris filius. Nam dicitur ab hermes & aphrodite, id est Venus. Hic fuit androgynus, id est, uir & mulier, de quo talis est fabula. Nam hermaphroditus cum adolescens se laueret in quodam fonte Cariae cui inerat Salmacis nympha, illa eum amans amplexa: deos orauit ut ex amobus unus fieret. idque factum est. Hinc omnes androgyni uocantur hermaphroditi.

Hermopolis urbs Aegypti à Mercurio condita.

Hermione filia Menelai et Helenae, quae puella orestis desponsata fuit. Sed cum Pyrrhus achillis filius eam dixisset: orestes illum occidit, & sponsam recepit. Altera Hermione filia fuit Martis & Veneris uxor Cadmi, cui Vulcanus pulchrum sed perniciosum monile formauit. Tandem cum marito mutata dicitur in serpentem.

Hermus flu. Lydiae trahens aureas arenas. Verg.
Aut auro turbidus hermus: hunc pactolus intrat.

Hernici sunt Italiae populus in Campania in locis asperis habitantes. Nam herna Sabinorum lingua significat saxa. Eorum metropolis est Anagnia.

Herostratus, fuit uir qui ut famam sui nominis dilataret, templum charissimum dianae ephesiae incendit, & se-

Hersilia uxor Romuli. (ipsum mox prodidit.

Hesione filia Laomedontis regis Troiae & priami soror, quam Hercules expugnata troia uxorem dedit the-

Hesiodus poeta uetus ex asera uico (lami-
boetiae, qui primus de agricultura scripsit uersibus.

Hespe

DE LITERA H

Hesperia dicitur Hispania ab hespero stella occidentali: Etiā *hesperia* dicitur Italia, ab hespero rege fratre atlantis. Sed cū hispaniā intelligimus additur ultima. Horat. Qui nunc *Hesperia* uictor in ultima.

Hesperus rex Italiae frater Atlantis. Etiā est stella

Hesperides erāt filiae hesperi, uel (ut *uespertina*. alij scribūt) atlantis. s. *agle*, *erethusa* & *hespertusa*, q̄ amoenissimos hortos habebāt in africa iuxta urbē *Lixon*. In q̄bus hortis erāt aurea poma, quae custodiebat draco peruigil. *Hercules* autē ab *eurystheo* missus dracōne occiso mala abstulit. Sed omnia haec fabulosa sūt.

Hesseni erāt quidam iudaei sine mulieribus & sine pecunia degentes in solitudine sicut religiosi.

Hetruria regio Italiae, quā ab heteron dictū putat *Seruius*. Alij ab *aethra*. *Supra Ethruria*. Nam quidam aspirant haec omnia, quidam uero minime.

Hyades fuerūt .7. filiae Atlantis & *aethrae* filiae oceani, quae fratrem suū (qui *hyas* dictus est) à leena necatū ita fleuerūt, ut ab eo denominatae sint, & ob pietatē in coelū translatae. Sunt enim .7. stellae in capite tauri, quae & *hœdi* & *succulae* dicuntur & *atlantides*.

Hyacinthus fuit puer dilectus *Apollini*, quē cū *Apollo* imprudens disco necasset euertit in florē rubrū, qui etiā uocatur *hyacinthus*. Alij scribūt *hiacynthus*.

Hiarbas rex *Getuliae* procius *Didonis*. (uocata.

Hybernia insula nō pcul ab anglia uulgo *hirlādia*

Hybla mons & regio *Siciliae* abundās apibus, &

G

optimo

DE LITERA H

optimo melle. Oui. Quot lepores in atho, quot apes
pascuntur in hybla. Inde hybleus a um.

Hydaspes magnus fluuius in oriente qui per Par-
thos currit in indiam, & indo fluuiio miscetur, dictus
ab hydaspes rege medorum.

Hydrusa insula inter cyclades: ab aquarū copia di-

Hydrus uel hydruntū urbs calabriæ ad adri- (Et

Hiera insula prope Siliciam: quæ (aticum mare.

Hiero rex Siciliæ. (sacrata fuit Vulcano.

Hylas filius thyodomantis dilectus Herculi: cum
quo hylas profectus cū aquā hauriret, submersus est.

Hyllus filius Herculis ex deianira.

Hymenæus filius bacchi & Veneris, deusq; nupti-
arum, qui & hymen dicitur. Oui. Affuit & sertis tem

Himera oppidū Siciliæ. (pora uinctus hymen.

Hymetus mons Atticæ pulcherrimus, floribus a-
bundans & apibus. Ouid. Vertice de summo semper
floquentis hymeti. Ex eodem secabatur marmor quod
hymetium dicitur.

Hypanis a curta flu. magnus scytharū q̄ aliās dul-
cis apud calipodes hamaxampeo fonte amaro uitiatur

Hyperborei populus scythiæ ultra rhyphæos mon-
tes, qui miram & felicem leguntur uitam degere, &
diu uiuere. Item hyperboreus adiectiue. i. scythicus uel
septentrionalis quasi super boream. Iuue. Exul hyper-
boreum si dimittatur ad axem.

Hypermestra filia Danai, de qua uide Belides.

Hyperion

DE LITERA H

Hyperion titani & terræ filius, paterq; solis & lune & auroræ, secundum poetas. Ponitur quandoq; pro sole. Cicerō in prognosticis: Ut cum luna means hyperionis officit orbi.

Hipparchus fuit mathematicus insignis.

Hyperides atheniensis orator tēporibus Demo-

Hippias tyrannus athenien. Pisistrati (sthenis. filius. Cuius frater nomine diocles cū uirginē stupra- set, à fratre puellæ fuit occisus. Hippias aut fratris oc- ciforem captū torsit ut conscios cadis nominaret. Ille aut nominauit omnes amicos tyranni. Quibus à ty- ranno sine audientia occisis, ipse tyrannus ab Atheni- ensibus pulsus fugit ad Darium regē Persarū, cui & persuasit exercitū mittere in Athenienses, cū quo ex- ercitu ipse tyrānus tandē occisus fuit ab atheniensib.

Hippo ciuitas africa, ubi diuus Augustinus fuit epi- scopus hæc ob aquarum irrigua uocatur à græcis ca-

Hipponax poeta græcus iam bogra- (tharitum. phus, patria ephesus, facie deformis acer stilo: de hoc uide bubalus.

Hippodamia i produ. filia œnomai regis arcadiæ, cui prophetatū erat se periturū cū filia sua nupsisset: qre cū pcis filiæ instituit currule certamē ista lege, ut si qs eū uinceret, filiā acciperet, qsq; aut ab eo uictus esset, mortē subiret. Multis igitur pcis uictis et occisis pelops tantali filius hippodamiæ nuptias anxie petēs, myrtilū regis aurigā pmissiōe corrupit. Nā pmissit ei

DE LITERA H

uirginis primā noctem si uictor fieret. Tunc myrtilus axes currus œnomaï fecit cereos & sic fracto curru pelops uictor euasit: tunc œnomaus seipsum interfecit & pelops regno & regina potitus myrtilum promissa petentē proiecit in mare, quod ab eo myrtoū appellatur. Alia fuit hippodamia uxor pirithoi, propter quā pugna fuit inter centauros & lapythas. Item alia filia Brysæ, quæ Bryseis dicitur.

Hippocrene fons in helicone mōte quē dicūt unguis la pegasi factum. Nam hippos equus, crene fons est.

Hippocrates couis Aesculapij filius & medicorum princeps, qui medicinā diu perditā reuocauit in lucē.

Hippolyte uxor achasti regis marie (Et corripit agnēsia, quæ Peleū falsi criminis accusauit apud uirum suū, dū ille sibi cōsentire nollet. Alia fuit amazonū regina, quā Hercules prælio uictā Theseo dedit uxore.

Hippolytus filius Thesei & Hippolytes prædictæ ab equis discerptus. Nā Phædra nouerca cū ad coitū flectere Hippolytū nō posset, eū falso accusauit apud Theseū, quasi se opprimere uoluisset. Theseus autē credulus uxori rogauit Aegeū patrē suū deū marinū ut filiū occideret. Quare cū Hippolytus ueheretur curru iuxta mare: Aegeus phocas. i. beluas marinas emisit, quibus equi territi currū ruperūt, & Hippolytum discerpserūt: sed Aesculapius rogatu Dianæ quæ Hippolytum amabat, uitæ eum restituit, quæ Diana in nemus aricinum iuxta Romā deduxit, & nomen ei Vir-
bius

DE LITERA H

bis dedit, quasi bis uir. Hippolytus autē interpretatur ab equis dissolutus uel discerptus.

Hippocentaurus idem est quod centaurus. De quo

Hippomanes nobilis iuuenis & (uide superius. nepos Neptuni, qui Veneris ope superauit Atalantā. Vide superius Atalanta.

Hypsipyle filia thoantis regis Lemni. Cum autem mulieres in Lemno uiros oēs cōmuni consilio una nocte necarēt, ipsa patrē saluauit & dimisit. Deinde cū argonautæ Lemnū uenissent, ex Iasone gemellos peperit. Postea cū lemniades obseruatū patrē uellēt eam supplicio affligere fugit: & à piratis capta lycurgo regi nemeæ data est, cuius filiū Opheltē cū nutriret, & argiuis thebas petētibus fontē ostenderet, puer in herba relictus necatus fuit à serpente. Cumq; pater pueri eam uellet occidere, à regibus argiuis fuit defensa.

Hyrkania regio scythica iuxta parthos, abundans pardis, tigribus & pantheris.

Hyrgis fluuius Scytharum influens in Tanaim.

Hirpi, populus faliscorū iuxta montē soracte, qui in sacrificijs per ignem currebant illesi.

Hismenus, quære Ismenus.

Hispania est Europæ regio ampla inter africam & galliam. Est autem duplex hispania. s. citerior & ulterior. Citerior habet prouincias istas: galeciam, tarraconensem & Carthaginensem. Ulterior diuiditur in Bethicam & Lusitaniā, quæ nunc portugalia dicitur.

G 3

Hispalis

DE LITERA H

Hispalū ciuitas ulterioris hispania, nūc uulgo Si-
Homerus græcorū poetarū maxi- (bilia dicitur.
mus ante dictus Melesigenes, sed à cæcitate uocatus
est homerus, quod ionica lingua cæcum significat. De
patria eius magna diuersitas est. Nam A. Gellius hos
uersus ponit: Septē urbes certāt de stirpe insignis Ho-
meri. Smyrna, rhodus, colophon, salamin, ios, argos,
athenæ. Scripsit opera duo: unū de bello troiano, quod
ilias dicitur: alterū de Vlysse quod odyssea. Quæ ope-
ra Aristarchus grammaticus in ordinem redegit.

Homolus mons Thessalia: & corripit mediā syll.

Horodes rex parthorū, qui M. Crassum occidit.

Horontes dux Lyciorum ad troiam submersus in
mare. Item fluuius Syriæ qui oritur inter libanum &
antelibanum, & transit Antiochiam.

Huni gens scythica, & ferocissima prope gothos.
Hi temporibus Valentiniani cesaris per urbē uagati
duce Attila multas & maximas clades fecerunt in
Gallia & Italia. Tandē cū urbi Romæ imminerent,
Leo pontifex uir sanctus Attilam adiit, & in panno-
niam ire persuasit, nunc hungari uocantur.

DE LITERA I

Iacchus nomē bacchi, à græco uerbo iaccho, quod
est uociferor. Ponitur pro uino. Vergi. Inflatum he-
sterno uenas ut semper iaccho.

Ianus uetus rex in Latio, qui Saturnū accepit soci-
um regni, hic ob prudentiam dicitur bifrons.

Ianiculum

DE LITERA I

Ianiculum fuit olim oppidum à iano factum. Deinde fuit pars urbis Romæ & mons in ea.

Iapetus e curta, filius Titani & pater Promethei & Epimethei.

Iapis pars uenetiae circa timauum fluuium.

Iapyx filius Dædali, rex Calabriae, quæ ab ipso Iapygia dicitur.

Iason filius æsonis fratris peliæ regis Thessaliæ, qui pelias misit iasonem in colchum ut afferret aureum uellus, quod etiam iuuante Medea acquisiuit.

Iberus e produ. est flu. hispaniæ quæ ab illo uocatur iberia. Et iberi dicuntur hispani. Est etiam iberia regio pôtica prope armeniã, cuius habitatores dicuntur iberi.

Icarus filius dædali, qui cum patre uolasse (res. dicitur ex Creta: sed cum nimis alte uolaret, liquata cera quibus pennæ erant compositæ, cecidit in mare, quod ab eo uocatur icarium, licet alij ab icaros in sula denominatum hoc mare dicant.

Icarius filius Oebali regis Laconiae, pater Penelopes & Erigones. Qui comes bacchi didicit ab illo usum uini quod cū dedisset messoribus suis, & illi inebriati essent: postq̄ tandē ad se reuersi sunt, Icarium occiderunt, putantes quod uenenū sibi dedisset. Erigone autē filia icarij mortē patris ita doluit ut se suspēderet.

Ichneumon est animal magnitudine felis. i. cati specie muris, q̄ mus indicus dicitur, & pugnat cū aspidē atq; etiã crocodilon quandoq; necat dormientem.

DE LITERA I

Iconium urbs Ciliciæ. Item urbs phrygiæ & Lyca
Ida est mons Phrygiæ circa Troiam: (onie.
inde idæus. i. troianus. Etiam est ida mons in Creta in
sula. Inde idæus, id est, Cretensis.

Idalius est mons in cypro. Venus dicitur idalia.

Idomeneus rex Cretæ qui cum græcis ad Troiam
pugnauit. In reditu uero tempestate uexatus, promi-
sit si sospes in regnū rediret se hoc immolaturū quod
exeunti sibi de naue primum occurreret. Itaq; cum fi-
lium suum qui primus occurreret immolasset, aut (ut
alij dicunt) immolare uoluisset, à cretensibus ob crude-
litatem pulsus nauigauit in Apuliam, & urbem peti-
liam condidit super Salentinum montem calabriæ.

Idumæa regio Syriæ inter Arabiam & phoeniciã.

Idume urbs in idumæa palmis abundans. Lucan.
Et arbusto palmarum diues idume.

Ilia mater Romuli & Remi, filia Numitoris regis
Albani, quæ Amulius frater regis expulit regno, & fi-
liam eius Iliam fecit sacerdotē Vestæ, quæ Ilia cū ex
Marte cōcepisset gemellos Remū & Romulū. Amuli-
us eam cum filijs in tiberim proijci iussit, filij tamen
euaserunt. Alij dicunt Iliam fuisse uiuā defossam. Alij
uero in carcere obiisse scribunt.

Ilione filia Priami maxima natu.

Ilion uel Ilios, fuit urbs Troiana ab Ilo rege dicta.
Vnde Iliacus. i. Troianus, & Iliades scæmina troiana.
& Ilias opus Homeri de ilio uel Troiano bello.

Ilithyia

DE LITERA I

Ilithyia dicitur à poetis Diana, quæ parētibus assistere putabatur. Oui. Præpositā timidis parentib. illithyia.

Illyris uel illyricū est lata regio inter Italiam, germaniam, Thraciam, & Macedoniam, uel epirum, habens ab uno latere mare adriaticum, ab altero Danubium, hæc regio nūc dicitur Sclauonia & Bosnensis.

Illerda ciuitas Hispaniæ, quæ sicoris flu. præterla-

Ilua insula in Tusco mari, inexhaustis (bitur. calibum generosa metallis, ut ait Verg. Nam teste Plinio, metalla cesa illic renascuntur.

Inarime insula in sinu Cæpano habēs montē q̄ ignē emittit. Vnde aiūt poetæ q̄ Typhoeus gigas sub illo sepultus sit. Ver. Inarime Iouis impijs imposta typhæo.

Inachus a curta, primus rex Argiuorū pater Isidis, quæ à nomine patris dicitur inachis. Item inachus etiam fluuius est Achaie.

India est prima & maxima regio orientis, abundans auro, argento, & lapidibus præciosis.

Indus maximus flu. Indiæ, qui. 60. fluuios in se recipit, torrentes aut ultra centū. In eodē sunt crocodi.

Ino filia Cadmi & hermiōis uxor (li ut in Nilo. Athamantis regis Thebarū, quæ uidens maritū insanientem: & learchum filium occidisse, fugiens cum altero filio melicerta, se tandē de scyronijs saxis in mare præcipitauit cū filio, & ambo dij maris effecti sunt mutatis nominibus. Nam ino dicta est leucothea, Melicertes autem Palæmon. Ouid. 4. Metamor.

DE LITERA I

Insubres galli in italiam uenientes condiderunt Me
diolanum, & alia circum loca tenuerunt.

Io, filia inachi regis argiuorum quam iupiter ama
uit, & subito interuentu iunonis mutauit in uaccam.
Iuno tamen suspicione nõ carens, orauit iouẽ ut eam
uaccam sibi daret, quam & argo centum oculos ha
benti custodiendam tradidit: sed cum mercurius à io
ue missus argum necasset, irata iuno, œstrum animal
bobus infestum misit ut io uexaret. Io igitur ab œstro
stimulata, huc & illuc cucurrit, & in Aegyptum ue
niens, in pristinam formam restituta, Osiridi regi nu
psit, & isis uocata, post mortem dea facta est.

Iole filia Euryti regis œchaliæ, quã Hercules tam
ardẽter amauit, ut ei seruiret sicut ancilla domine, et
ipsa iubente muliebri ueste indutus neret.

Iocasta filia creontis & uxor Lai regis Thebani:
post cuius necem ignorans nupsit Oedipodi filio suo:
& ex illo genuit Polynicem & Eteoclem filios, qui
cum in praelio mutuis uulneribus se occidissent, ipsa
quoq; se necauit.

Ionia est regio græcorũ in Asia, in qua sunt urbes
Ephesus, miletus, priena & aliæ. Hinc iones dicuntur
ipsi habitatores: & ioniũ mare illi uicinum regioni.

Ioppe urbs maritima palæstinae & uetustissima an
te diluuiũ condita. In ea saxum est ad quod Andro
made filia Cephei ceto exposita, fertur alligata fuisse.

Iordanis amœnus fluuius iudææ, qui oritur (ut ait
Plinius)

DE LITERA I

Plinius) è fonte Peneade, & Galileam à reliqua iudea separans tandem labitur in mare mortuum.

Iphigenia i producta, Agamemnonis & Clitemnestræ filia. Cū enim græci ad Troiã profecturi essent in Aulide, nec uentū idoneū haberent, responsum est à uatibus id fieri ira Dianæ, cuius ceruū rex Agamemnon occiderat, placari autē deã nō posse nisi Iphigenia filia eius immolaretur. Igitur Vlysses profectus Mycenæ, illā adduxit in aulidem, dicens matri q̄ pater eam dedisset Achilli. Sed cū esset uirgo occidenda, Diana eius miserta ceruam in eius specie obtulit, & iphigeniam duxit in regionē Tauricam, ubi sacerdos Dianæ facta est. Postea Orestes frater eius per suriam illuc uenit, & cum pro consuetudine esset immolandus, à sorore cognitus liberatus est. Deinde Orestes occiso Thoante rege, cum sorore & simulacro Dianæ fugit in italiam ad oppidum Ariciam.

Iphiclus filius Alcmenæ eodem partu editus cum Hercule, sed Hercules ex ioue, iphiclus ex Amphitryone conceptus.

Irus quidā mendicus in ithaca, corpore grādi sed debili, qui cum alijs domū Vlyssis absentis exhauriebat, sed Vlysses reuersus, illum pugno occidit, ponitur & pro quolibet paupere. Melius hyrus.

Is urbs chaldæe, & lacus prope eā bitumē gignēs.

Isara magnus flu. Gallie, in finibus Allobrogum.

Isauria est regio Asiæ prope Ciliciam. Quidā ue-

ro di-

DE LITERAE I

eo dicunt esse partem Ciliciae. Vnde Florus ait isaurū
Isaurus flu. in Pyceno prope (esse arcē Ciliciae.
urbem Pisaurū. Item urbs in isauria uel Cilicia.

Isis filia inachi prius Io dicta, regina & dea Aegy
Issa insula et urbs circa dalmatiā. (ptiorū, uide Io
Ismenus e longa, fluuius Boetiae circa Thebas. Vn
de ismenius. i. Thebanus.

Ismenides foeminae thebanæ.

Ismarus mōs Thraciae, in quo fuit urbs nomine is-
Ismarus. i. thracius. (mara, q̄ et maronia dicitur.

Isocrates Athenien. sophista. i. sapiens doctor, qui
multos auditores & discipulos habuit tēporibus Ari

Ister maximus fluuius Europæ, qui inter (stotelis.
germaniā & hungariā & Scythiam labitur aquilonē
uersus, ac tandē septem ostijs ruit in pontum. Dicitur
etiam Danubius.

Istria est regio inter istrū & italiā. Nam ab italia
separatur adriatico sinu, & est pene insula circa Li-
burniam. Quidā ponunt partē italiæ.

Mil. Lat. fo. 15. 6. Isthmos dicitur angusta terra inter duo maria, un
de Corinthus urbs sita est in isthmo achaio.

Italia regio nobilis & fertilissima inter adriaticū
mare & tuscum. Item inter alpes & siculū fretum.

Italia in multas diuiditur regiones. s. Liguriam, he-
truriam, umbriam, Flamminiam, latium, aprutium.
campaniam, apuliam, uenetiam, picenum, galliam cis
salpinam, quæ nunc Longobardia dicitur.

Ithacæ

DE LITERA I

Ithaca est insula ante achaiam sita, & fuit patria Vlyſſis, qui ob id dicitur ithacus. Verg. Hoc ithachus uelit & magno mercentur atridæ.

Ithyra urbs in monte Tauro parthiam uersus. Unde ithyreus, i. parthicus. Item ithurei, gens coelesyriæ in montanis habitans.

Itys filius Terei regis Thracum, conuersus in phasianum auem. Vide Progne.

Iuba rex Mauritiæ, tēpore Mag. Pompeij, cuius partes secutus, cū Petreio pōpeiano uictus à Cæsare fugit in regiã, & large epulatus Petreiu orauit cædem.

Iudæa regio maioris Asiæ, ubi quondã habitauere Iudæi, expulsus Chananeis alijsq; gentibus. Est aut inter Arabiã & Phœniciã, & ægyptũ, & mare cypriũ.

Iugurtha rex Numidarum callidus, bellicosus, & perfidus, uictus tandē à Mario consule Ro. & Romæ in carcere necatus in media. Lege Sallustiũ.

Iugula sidus, quod & orion dicitur.

Iugulus filius Aeneæ: alio nomine Ascanius.

Iuno filia Saturni & Opis, soror & uxor Iouis, dea regnorũ habita. Dicitur etiam à patre saturnia.

Iupiter filius Saturni & Opis rex Cretæ, summus deorũ habitus. Est etiã unus planetarũ est & aer.

Iura est mōs galliæ sequanos ab Heluetijs diuidēs.

Iuturna nympa latina, soror turni à Ioue uitiata.

Iuerna insula Oceani inter Britaniã et hispaniã.

Ixion rex Thessaliæ, qui perfidus fuit. Nam socerũ

CIV

DE LITERA L

cui multa promiserat, in fossam igneã demisit. Idem à ioue in conuiuium adhibitus tentauit iunonem de stupro, quod sciens iupiter, obtulit ei pro iunone nubem, ex qua ille centauros genuit. Sed cum gloriaretur se cum iunone coïssse, trusus ad inferos, dicitur & alligatus rote uersatili, & plene serpentibus. Ouid. Voluitur Ixion & se sequiturq; fugitq;.

DE LITERA L

L Abdacus a curta, rex Thebanus pater Lai regis unde Thebani uocantur labdacidae.

Labyrinthus erat aedificiũ tanta uarietate uiarũ, ut quisquis intrasset, uix unq̃ reperire posset exitum. Fuerunt quatuor labyrinthi. Primus & maximus in Aegypto. Secundus in Creta factus à Dædalo. Tertius in Lemno. Quartus in Clusio urbe Tuscia, quẽ struxit Porsenna rex Tuscia pro sepulchro suo.

Lacedemõ urbs nobilis laconia: alio nomine sparta

Laconia est regio in Achaia. Vnde Lacon (ta. ^{V. r. r.}) dicitur uir ex Laconia, & lacena mulier ex laconia.

Laciniũ est Italiae promontoriũ inter ioniũ & adriaticũ mare, in quo erat templũ Iunonis Laciniae.

Lachesis e curta, dicitur una parcarũ, à lachenim quod est sortiri. Vide Atropos & Parca.

Lacides Cyreneus philosophus princeps nouæ Academiae, studiosus à puero, seuerus & pauper. successor fuit Arcesila, & magister Carneadis.

Ladon fluuius Arcadiae lauris circumpositus.

Lacr

DE LITERA L

Laertes per tres syllabas, fuit pater Vlyſſis, qui de
inde dicitur laertiades.

Læander ꝑ æ diphthon. fuit iuuenis abydenus. i. in
Abydo urbe helleſponti, qui tranare ſolitus per helle-
ſpontū ad Eron amicā ſuā, tandē ſubmersus fuit.

Læstrygones etiā per æ diphthon. erant homines
in ſinibus Campaniæ, qui humanis carnibus ueſceban-
tur, apud quos Vlyſſes aliquos ſocios amiſit. Iuuenæ.
Fingentem immanis læstrygones & cyclopas.

Lagus, uide Ptolomeus.

Lamius mōs ioniæ, ſed melius latmius, uide infra.

Lamiæ dicuntur mulieres nocturnæ, quæ infantes
noctibus rapiunt & comedunt. Horati. Nec præſe
lamia puerum uiuum extrahat aluo. Item eſt quedam
Romana familia.

Lampetia filia ſolis ex neæra quæ cum phaetusa ſo-
rore ſua patris armenta paſcebat in Sicilia.

Lampia i producta, fluuius arcadiæ uel ciuitas ſe-
cundum Lactantium.

Lampsacus oppi. helleſponti in aſiatico latere, ubi
Langia i produ. fons in ne- (priapus colebatur.
mea regione arcadiæ, ex quo reſectus fuit argiuus ex-
ercitus ad thebas uadens cum grauiter ſitiſſet.

Lapithæ uel laphitæ i curta, populus Theſſaliæ a-
pud othrym montē, cōtinua bella cū cētauris gerētes.

Larine fons in Attica.

Lariſſa urbs theſſaliæ, à ꝓ achilles dicitur lariſſeus

Laodicea

DE LITERA L

Laodicea urbs coelesyriæ ad montem lebanū: alia
urbs Asiæ celeberrima ad Lycum fluuium sita.

Laomedon rex troiæ filius Ili, & pater Priami qui
periurus fuit. Nam Apollini & Neptuno qui muros
Troie fecerāt, promissam iuramēto pecuniā negauit.
Qua propter illi filiā eius hesionem ceto exposuerūt,
quā hercules occiso ceto liberauit, pactus ut rex equos
nobiles sibi daret in præmiū. Sed cū laomedon pmissa
nō solueret, hercules illū euertit & regem occidit.

Lara nymp̄ha latina, quia furtiuos amores Iouis
iunoni indicauerat, iupiter ei linguam abscidit, & ad
infernōs duci iussit per mercuriū, qui ex ea gemellos ge-
nuit, lares uocatos. Eadem larunda dicitur.

Latium regio Italia, in qua est Roma: & est à Ti-
bri ad Lyrim fluuium. Hinc Latinos & Latialis.

Latona filia Cœi titani, mater Apollinis & Dia-
ne. Vnde Apollo dicitur Latous uel Latonius, uel La-
toides. Et Diana dicitur Latonia, uel Latois, idis.

Latmius mons ionie uel carie, in quo dormiētē
Endymionem luna dicitur osculata. Ouidi, Latmius
endymion non est tibi luna rubori.

Lateranus erat nobilis Ro. quē Nero iussit occidi,
cuius ædes postea facta est ecclesia, q̄ lateranēsis dici-

Lauinū uel Lauiniū fuit urbs in Latio, (tur.
quæ & Laurentū & Laurolaunium dicebatur.

Laiuiua filia latini regis, propter quā Turnus &
Aeneas bellauerūt, sed ut Verg. ait, Aeneas Turnum
occidit, Laurentes

DE LITERA L

Laurentes erant latini dicti à laurento urbe.

Laurentū fuit urbs in latio, quæ & lauinium. Sed Lauretum est oppidū in Piceno, ubi celeberrimū templum est diuæ Mariæ semper uirginis, in quo dicitur esse conclaue Mariæ portatum illuc ab angelis.

Learchus filius athamantis & inonis, quem pater furiosus factus pro ceruo necauit.

Leda uxor Tyndari regis Laconia, cū qua Iupiter in forma cygni dicitur coisse, & illa, fabulatur, duo oua protulisse, & ex uno ouo nati sunt Pollux & Helena immortales. Ex altero ouo Castor & Clitemnestra mortales. Hinc Pollux & Castor uocantur ledæi.

Lemannus est lacus Gallia non longe à Rhodano, nunc uulgo dicitur lausanensis.

Lemnos insula in aegæo una cycladū, in qua nutritus fuit Vulcanus, qui & lemnius dicitur. Itē lemnia=des. i. mulieres in lēno. cū essent uiris suis odiosæ, illos à lōgo bello reuersos, una nocte simul occiderūt, præter hypsiplen q̄ patrē suū regē seruauit, ut ante dictū.

Lenæus. i. bacchus, à lenos qd' ē torcular aut lacus.

Leonides rex spartæ, qui parua suorū manu Xerxem regem euntem in Græciam diu tenuit: & tandē cum suis fortissime pugnans occubuit. Iustinus lib. 2. Item alius fuit pædagogus Alexandri magni.

Lerna est locus Achaia circa argos, & palus in qua fuit hydra multis capitibus quorū aliqua quoties Hercules amputasset, mox renascebantur plura. Sed

H tandem

DE LITERA L

tandem congesta lignorum strue eam exussit. Vergi.
Lerneus turba capitū circumstetit anguis.

Lesbos insula circa troadem, habens urbem mity-
lenen patriam Alcei, & Saphus poetarū lyricorum.

Lethe fluuius inferorum, & interpretatur obliuio. In-
de lethæus. Etiam est fluuius in africa.

Leucas insula circa epirū et urbs in ea caput acas

Leucates promontoriū epiri prope (nania.
ambraciam urbem. Verg. Mox & leucate nimboſa ca-
cumina montis.

Leucothea. i. alba dea: sic dicta est Ino uxor atha-
mantis, postq̄ summersa, facta est marina dea.

Leucothoe filia orcani babylonij, quam à phoebo
gravidatam pater crudeliter defodit uiuam. Sed phoe-
bus eam mutauit in arborem tuream, ut ait Ouidius

4. Metamor.

Lentre oppidum Boetiae.

Leutra oppidum Laconiae.

Libanus mons phoeniciae, uel inter Syriā & Phoe-

Libethrides sunt musae, dictae sic uel (niciam.
à libethra fonte magnesiæ: uel à libethro spelunca aor-
niae prope parnaſsum.

capitū & pro
ole apud vix groe
i & apud
arvo. li. 7. Ca. 18

Liber bacchus quod liberat à curis. Hinc liberalis
id est, bacchanalia.

Libya regio africae aegypto contermina, dicta à Li-
bya coniuge epaphi filij Iouis. Ponitur pro tota afri-
ca. Etiam dicitur libye huius libyes.

Liburnia

DE LITERA L

Liburnia regio inter illyricum & dalmatiam: nūc
uulgo nominatur croacia, & potest esse pars Sclauo-
nie. Hinc liburni dicuntur habitatores liburnie.

Lycambes uir thebanus, de quo uide Archilochus.

Lycia regio minoris asiæ inter pamphylia & Cari-
am: in qua sunt Patera & Myra urbes insignes, illa
ortu, hæc episcopatu diui Nicolai. Olim habuit lycia
urbes. 70. Item lycij dicuntur incolæ lyciæ.

Lycæon a producta, rex arcadiæ pater calistonis,
qui solitus necare hospites, à Ioue cui idem facere ten-
tabat, est mutatus in lupū. Ouid. primo Metamor.

Lycæonia, regio minoris asiæ iuxta Ciliciam.

Lycæus per diphthongon, mons arcadiæ, in quo
fuit templū panos, uel fauni uel Iouis lycæi. Ouidius:
Faunus in arcadia templa lycæus habet.

Lycastus urbs cretæ, dicta à luporum copia.

Lyctus oppidum cretæ. Inde lyctinus. i. cretensis.

Lycopolis urbs ægypti, dicta sic à lupis qui hostes
fugasse dicuntur. Nam lycus græce lupus dicitur.

Lycus thebanus exul, qui absente Hercule reuersus
creontem regem occidit, & regnum tenuit. Alius rex
thebanus maritus antiopæ, de quo superius antiopæ
& dirce. Item lycus est fluuius asiæ.

Lycophron Chalcidiensis tragœdiarū scriptor. Itē
filius Periandri tyranni, qui patri eo quod matrē oc-
ciderat nunq̄ reconciliari potuit, neq; post hoc patrē
uidere uoluit.

H 2 Lycurgus

DE LITERA L

Lycurgus lacedæmonius princeps & legumlator.
Alius fuit rex Thraciæ, qui bacchū contemnens cum
uites amputare uellet sibi crura amputauit. Alius itē
fuit Lycurgus rex Nemeæ, pater Opheltis.

Lydia regio in asia minori, inter cariā et phrygiā.

Lyæus. i. bacchus: à græco uerbo lyo, quod est sol-
uo, quia mentes hominū & membra soluit.

Ligeris flu. galliæ celticæ circa bituriges & aqui-

Liguria. i. regio italiæ ab apœnino ad (tanos.
mare tuscū. Item à flu. Varo ad macrā flumen. In qua
sunt urbes Genua, Sauona, Naulū & Albigena &c.

Lilybæū promontoriū siciliæ uersus libyā & urbs

Lyndus urbs in insula rhodo, ubi solis (ibidem.
maledictis Herculi sacrificabatur. Vnde sacrificare
Herculi lyndio uel rhodio est maledicere.

Lynceus quidā uir miræ acuitatis in uidēdo. Hora-
tius. Non possis oculo quantū cōtendere lynceus &c.

Lingones populus Galliæ in prouincia Lugdunen-
si. Luca. Pugnaces pictis cohibebāt lingones armis.

Linternum uicus Campaniæ, ubi Scipio Africanus
inuidiæ cedens obiit ac sepultus fuit.

Linus filius Mercurij, uel (ut uult Verg.) Apolli-
nis & Uraniæ musæ, Thebanus poeta antiquissimus.

Lynx rex Scythiæ qui Triptolemmum à Cerere mis-
sum, ut frumēti usum hominibus demōstraret, occide-
re tentauit, ut inuenti frumenti gloriā in se transfer-
ret. Sed à Cerere mutatus in bestiam uarij coloris.

Liris

DE LITERA L

Liris fluvius in Italia prope minturnas oppidum.

Lipare a curta, insula una ex aolijs in siculo freto.

Lysippus sculptor nobilis. Martia. Nobile lysippi munus opusq; uides.

Lysander lacedaemonius dux clarus, qui athenienses praelio superauit, tandem occisus à Thebanis.

Lisus fluvius Thraciae, epotus ab exercitu Xerxis, ut scribit Herodotus.

Lixos urbs mauritaniae, regia quondam Anthei gigantis, ubi etiam fuisse leguntur horti hesperidum.

Locri populus Graeciae in locride regione iuxta Boetiam. Item populus & urbs brutiorum super lucrino monte in finibus Italiae contra Siciliam.

Lotophagi populus Africae dictus quod loto uescatur. Nam lotos est arbor habens poma dulcissima, sed insalubria, quae arbor abundat apud lotophagos. Ad quos cum uenisset Vlysses, socios suos uix potuit abducere.

Luca uetus urbs tusciae uel hetruriae. Inde lucensis.

Lucania regio Italiae, inter apuliam & calabriam, uel inter campaniam & brutium. Inde Lucanus.

Luceria urbs Apuliae.

Luceres erant milites Romuli uel tertia pars populi Ro. tempore Romuli regis dicti à lucerio principe.

Lucetia est regia urbs Galliae. s. Parisius secundum aliquos. Alij scribunt Lutetia.

Lucina dea partus, quasi lucem dans & est Diana.

Lucretia nobilis Romana uxor Collatini, quam

DE LITERA L

Aruns regis Tarquiniij filius per uim stuprauit. Quod ipsa cū patri & uiro indicasset, cultro se occidit, & causam dedit ut rex cū prole expelleretur, & urbs li-

Lucrinus lacus campaniæ, sic dictus (bera fieret. à lucro propter copiam piscium.

Lugdunū urbs galliæ à Planco Ro. procōsule cōdi-
ta in colle, ubi arar rhodano miscetur, gallice dicitur

Luna fuit oppidū hetruriæ ad mare li- (leons.
gusticum, adhuc habens portum egregium.

Lupercal erat locus Romæ & specus sub mōte pa-
latino ubi colebatur Faunus uel Pan lyceus cōtra lu-
pos. Hinc lupercalia quædā festa aut ludi, & luperci
qui lupercalia agebāt, qui currebāt nudi & caprina
pelle mulieres percutiebāt, qd' putabāt cōferre fœcun-
ditatem. Iuue. Nec prodest agili pālmās præbere lu-

Lusitania est regio & pars ulterioris (perco.
hispaniæ nunc portugalia appellata.

DE LITERA M

MAchaon media producta, filius æsculapij, cla-
rus medicus: sic & frater eius podalyrius.

Machareus filius æoli, qui canacem sororem suam
impregnauit. Vnde superius Canace.

Macedonia est regio græciæ inter thraciā & thes-
saliā. Vnde macedo e curta. i. habitator macedoniæ.

Macra fluuius liguriā separans ab hetruria.

Mæander fluuius asiæ uel phrygiæ crebris flexibus
ita curuatus, ut in se reuerti credatur. Oui. Quiq; re-
curuatis ludit mæander in undis. Mæna

DE LITERA M

Menalus mons altissimus in arcadia syluosus.

Menas, adis, mulier insana, & bacchi sacerdos. i.

Meotis o lōgā, magna palus scytharū (ebriosa.
ex fluuio Tanai orta, & in pontum exiens.

Meonia regio minoris asiae. Alio nomine Lydia.

Meonides Homerus dicitur à meone rege qui eū
educauerat, uel à regione meonia, unde & meonius

Magnesia regio graeciae annexa thessa- (dicitur.
lia, cuius populi dicuntur magnesiij uel magnetes. Est
etiam magnesia urbs in Ionia.

Maia filia atlantis ex pleione nymphea, mater mer

Malea promontoriū graeciae in Laconia, (curijs.
ubi unda seuissima est & periculosa nauigatio. Et in-
uenitur media nunc longa, nūc breuis. Verg. Ionioq;
mari maleaeq; sequacibus undis. Stati. Destinet & rau-
ca circumsonat ira maleae. Nomē aut sumpsit à Maleo
rege Argiuorum, qui super hoc fecit Apollinis tem-
plum, quod maleoticum dicitur.

Mallos oppidū Siciliae. Vnde mallota gētile nomē.

Maliacū mare quod est circa Thessaliam, dictum
à Maleia urbe.

Mamertini pop. Cāpaniae. Et alius item in Sicilia.

Manichæi heretici ponentes duo principia uel du-
os deos. Vnum bonum, alterum malum. Item dice-
bant Christum non habuisse uerum corpus ut ceteri
homines.

Mantua urbs uenetiae uel galliae italice. i. lōgobar-

H 4 dia

DE LITERA M

diæ prope alpes, quam cōdidit Ocnus filius Mantus,
 & à nomine sue matris appellauit, hæc fuit patria
 Vergilij poetæ.

Manto filius Tiresiæ uatis Thebani, quæ cæcū du-
 cebat, & patre mortuo, in Italiã uenit, & ex tiberino
 rege tusciæ genuit Ocnū qui Mantuã condidit.

Marathon oppi. in Attica, distās ab Athenis circi-
 ter decē milia passuū, circa quod Theseus taurū terri-
 bilē occidit, ut Milciades persas uicit, & infra scribe-

Marcomani a curta, populus germaniæ (mus.
 interioris, rhenū bellādi causa transgressus. Statius:
 Que modo marcomanos post horrida bella uagosq;

Mareotis regio Libyæ, Aegypto (Sauromatas.
 uicina. Vnde mareoticus a um.

Marica fuit nymp̄ha quædam marina, & quidam
 credunt fuisse Venerem marinam.

Marmaridæ sunt populus Africæ in mareotide re-
 gione. Vnde & marmacus pro libycus accipitur.

Marpesius est mons lapideus in Paro insula. Inde
 marpesius, id est, marmoreus.

Marsya uir phrygius, qui cātu tibiæ cū phœbo cer-
 tauit. Sed à phœbo uictus, pro pœna fuit excoriatus
 & mutatus in fluuiū. Ouid. 6. Meta. Iuuenæ. Occur-
 ris fronte obducta ceu marsia uictus.

Marchion hereticus ponens duo principia, scilicet
 bonum & malum.

Marsi populus Italiæ inter pelignos & Samnites,
 quæ

DE LITERA M

qui contra serpentes naturalem uim habuisse dicuntur.

Mars deus belli, filius Iouis & Iunonis, uel (ut alij ponunt) Iunonis tantum. Nam ut fabulatur Oui. Flora dea Iunoni petenti florē ostendit, cuius tactu concepit, & martē peperit. Hinc martius. i. pertinens ad martē uel

Massagete populus scythicus. Luca. (bellicosus. Massagetes quo fugit equo uolucresq; geloni.

Masinissa rex numidarum in africa, amicus po. Ro.

Massilya urbs galliæ narbonensis ad mare, à phocensibus condita, ubi Mariæ magdalene corpus habetur.

Massylii populus Africae prope mauritaniam.

Massicus mons campaniæ, proferens egregia uina.

Matrona est fluuius galliæ ortus in finibus Lingonum, & celtas à belgis separans.

Matuta est primæ lucis dea. s. aurora. Inde matu-

Matinus mons in apulia, & (tinus.

Matini populus ibidem.

Mauors, id est, Mars deus belli. Ouid. Sic ego, sic posita dixit mihi casside mauors.

Mauri populus Africae niger in mauritania, à mauron, quod & græce significat nigrum, quia nigri sunt.

Mauritania est regio maurorum in fine africae hispaniam uersus. Nam à bethyca separatur gaditano freto.

Mausolus rex Cariae, cui mortuo Artemisia uxor fecit sumptuosissimum sepulchrum, quod dicitur mausoleum. Et inter septem orbis miracula numeratur.

Medea filia Oete regis Colchorum ex Hypsea con-

H S iuge,

DE LITERA M

*Medea, quae Iasonem ex Thessalia cum argonautis profectum
 amavit. Et cum iurasset ille quod eam nunquam relinqueret,
 adiumento fuit ut uellus aureum acquireret et draconem
 occideret. Cum igitur cum Iasone clam abiret, et pater e-
 am persequeretur, ut illum retardaret, fratrem suum paruum
 lum nomine Aegyaleum uel absyrtum quem secum habebat,
 occidit, et eius corpus membratim discerpserit etc.
 Cumque iam multis annis cum Iasone uixisset in Grecia,
 et aliquot filios ex illo habuisset. Iason eam repudia-
 uit, et Glauca Creontis regis filiam duxit. Medea uero
 repudiata filios Iasonis occidit, et regiam incendens
 glaucam et creontem exussit. Sed Iason seipsum inter-
 fecit. Postea Medea facta est uxor Aegei regis Athe-
 niensis. Deinde in Asiam refugit, ubi ex rege Medum
 filium suscepit, a quo Media prouincia appellata. Fuit
 autem Medea uenefica et incantatrix praecipua. Unde
 dicitur Esonem Iasonis patrem, ex sene iuuenem fecisse
 suis herbis et carminibus. Vocatur etiam Aetias a
 nomine patris, et Colchis a regione patriae.*

*Media regio maioris Asiae, Assyriae, et persidi ad-
 iacens. Inde Medus. i. aliquis ex media, et Medeus in e
 Mediolanum urbs metropolis insubrium (producta
 gallosum, in Italia trans padum, non procul ab alpibus.*

*Medusa u producta filia Phorci una Gorgonum,
 quae a neptuno in templo Palladis stuprata fuit, quare
 Pallas irata, capillos eius mutauit in angues, fecit etiam
 ut omnes eam inspicientes mutarentur in lapides, quod
 propter*

DE LITERA M

propter eius summā pulchritudinē fictum est. Postea Perseus, Iouis & Danaes filius acceptis à Mercurio talaribus. i. alis, & ense falcato, item à Pallade scuto accepto, medusam dormientē decollauit, & illo capite hostibus ostenso illos in saxa mutauit. Postea Pallas hoc caput imposuit ægidi. i. scuto suo.

Megera est una de tribus furijs infernalibus. Claudia. Improba mox surgit tristi de sede megera.

Megara filia Creontis & uxor Herculis, quā ille furens occidit.

Megarum pars Atticæ, in qua est urbs Megara. Itē Megaris est etiam urbs Siciliæ, & corripit a.

Melas fluuius in Asia, & alius in Thracia, alius item in Boetia, à parnasso fluēs, & Palladi sacratus, quoniam oliuis obsitus est.

Melampus amithaonis filius argiuus uates & me

Meleager a producta, filius Oenei regis (dicus. Aetoliæ. Cum autem grandis aper Aetoliam deuastaret, Meleager ad illum occidendum conuocauit proceres, inter quos fuit Atalanta uirgo, quæ aprum prima uulnerauit. Meleager autem eius amore captus, cum aprum ipse occidisset, illi caput apri dedit. Quod egreferentes duo auunculi Meleagri, caput uirginis uolebant auferre, sed Meleager illos occidit. Tunc Althæa soror occisorū & mater Meleagri, ut necem fratrum uindicaret, fatalē stipitē igni imponēs. Meleagrū pariter exussit. Nā meleagro recēs nato, Althæa

mater

DE LITERA M

mater eius parcas uidit stipitē igni imponere ac dice-
re: O puer tam diu uiues q̄ diu hic stipes. Althæa ergo
parcis abeūtibus, mox stipitē igni extraxit, & diligen-
ter custodiuit. Iam uero erga fratres pia, sed erga filiū
impia, illū stipitē rursus igni imposuit, Quo cōbusto,
Melcager etiam combustus fuit. Ouid. 8. Metamor.

Melicerte uel melicertes deus quidam marinus: a-
lio nomine Palæmon. Vide superius Ino.

Melesigenes est propriū nomē Homeri poete, sum-
ptum à Melete flu. prope quē natus est. Nā Homerus
postea cognominatus fuit à cecitate sua, ut scripsimus.

Melissus uetus rex cretensium, cuius filie Iouē in-
fantem pauerunt. Alius eo nomine fuit philosophus Sa-
mius, auditor Parmenidis.

Melite insula inter africā & siciliā melle abūdās.

Melpomene penultima curta, ē una musarū dicta
à greco uerbo melpome, quod est cāto, uel à melodia.

Memphis nobilis & regalis urbs in aegyptō, ad Ni-
lum sita. Inde memphiticus & memphitis adiectiua.

Memnon filius Tithoni et Aurore, qui troianis ex
Oriente ferens auxilia, & fortiter pugnans, ab achille
occisus fuit, ad cuius sepulchrū qd' est ppe Iliū quotan-
nis ex Aethiopia uolāt aues quas uocant memnonias.

Menalippus Thebanus qui Tideum occidit, & ab
illo occisus & laceratus. Vide Tideus.

Mendes urbs in Aegyptō. Vnde mendesium ostiū
unum Nili & oppidum.

Menalip-

ab Ogdoos regis
adificata in
lia in phis in no-
dit, cum qua Ni-
ly conuenit sub
imagur Tanni

DE LITERA M

Menalippe regina amazonum ab Hercule capta.

Menalus superius menalus.

Menapij populus iuxta rhenū fluvium. Olim inter gallos belgas, nunc inter germanos computatus, & vulgo Iuliacenses appellantur.

Menelaus filius Atræi, frater Agamemnonis rex Sparta ciuitatis, et maritus Helena, quā rapuit ei Pa-

Menedemus crethriensis sophista, auditor (ris. Platonis temporibus Socratis.

Meneciades patroclus filius menetij, amicus Achil-

Mencæceus per tres syllabas, nobilis Theba- (lis. nus filius Creontis, qui postea rex fuit. Argiuis aut thebas ualide oppugnātibus Tyresias uates ait urbē expugnandā, nisi aliquis de progenie illorū qui nati fuerant de dentibus serpentis occisi per Cadmū morti se traderet. Itaq; mencæceus super murum stans, ense suo se transfixit, & in hostes se dimisit. Et mox illo uiso, hostes abierunt. Ita narrat Stat. Thebaidos lib. 10.

Mæander græcus poeta comicus.

Mentor calator paterarum egregius.

Mæonia & meonides, quære ante mæonia.

Mercurius filius Iouis & Maia filiaë Atlantis. Hic dicitur deus eloquētia, & interpres aut nūtius deorū Cicero enumerat quinque mercurios, sed parum refert.

Meroe insula Nili apud Aethiopes, in qua scæmina solebat imperare. Itē sunt ibi scæminæ māmose. i. grandibus māmīs. Iuue. Quis timidū guttur miratur in alpibus,

DE LITERA M

pibus, aut q̄s in meroe crasso maiorē infante mamillā.

Mesana urbs Siciliae propinqua peloro, colonia c̄uium Romanorum, cuius habitatores uocantur mamertini, quia à mamertinis Cāpaniae populo uenerūt.

Messenia regio in Achaia, habens montes. 18. In qua regione est ciuitas messenae.

Mesopotamia regio orientalis inter tigrim & eufraten flu. sita, unde & nomē habet. Nā mesos graece, medius latinae. Potamos uero fluuius dicitur. Igitur haec regio habet ab oriēte tigrim, ab occidēte eufraten, à meridie babyloniā, ab aquilone caucasum.

Metaurus fluuius umbriae praeterfluens urbē Fanum, circa quē M. Liuius, & Claudius, Nero profli-gauerunt Hasrubalem fratrem Hannibalis.

Metapontum urbs Italiae in sinu tarentino.

Methymma urbs in insula lesbo, ubi bonū nascitur

Metius suffetius, dux Albanus, tempore (uinū. Tullij regis Roma. à quo rege uocatus ad bellū Metius contra Fidenates, uenit quidē, sed praelio abstinuit suos. Tullus uero hostibus superatis Metiū equis in diuersa nitentibus alligatū discerpi fecit.

Mycenae mycenarum urbs Achaiae à Perseo condita prope Argos, quae quādoq; habuit imperiū Achaiae & tandem ab Argiuis euersa. Horatius: Aptum dicet equis argos ditesq; mycenae.

Micypsa rex numidarū filius Masinissae regis. De quo Sall. in Iugurthino, fuit enim Iugurthae patruus.

Micone

DE LITERA M

Micone o curta, insula ppe Delū, & una cycladū.

Midas Gordij filius rex phrygiae ditissimus. De hoc fabulantur q̄ Bacchus ei dedit optionem petendi à se quicquid uellet. Ipse autē petijt ut quicquid tangeret, aurū fieret. Annuēte Baccho, Midas ut rem experiretur, attigit ligna, lapides et poma, & mox omnia erāt aurea. Sed cū cibus & potus à se cōtacti aurū fierent, tunc tandē sentit, se stulte petisse, & poenitēs Bacchū orauit, ut hoc munus auferret. Cui Bacchus iussit ut in pactolo flumine se lauaret, & sic liberaretur. Vnde tūc aurū esse cōepit in pactolo. Postea cū Phoebus & Pan carmine cantarēt, & Tmolus mons iudex electus pro Phoebo sententiā tulisset, Midas qui etiā aderat ingenij stoliditate Pan pratulit. Quare indignatus phoebus, aures asininas Midas fecit, quas Midas sic occultauit, ut nemo sciret prater tonsorem. Tonsor autem tam nouam rem neq; tacere potens, neq; proloqui ausus, fossam fecit in qua clamauit hac uerba: Aures asininas habet rex Midas. Deinde fossam terra redoperuit. Successuq; temporis creuerunt illic arundines, quae commotae, uocem quam tonsor infoderat reddiderunt: Hac omnia Ouidius libro. ii. Metamor.

Mygdonia regio littoralis macedoniae.

Milciades dux clarus Athenien. qui cū undecim milibus suorum profligauit sexcenta milia Persarū in campis marathonijs. Postea tamen damnatus peculatus, in carcerē coniectus obiit. Neq; sepeliri permissus est anteq̄

DE LITERAE M

est antequam filius eius uincula patris assumpsit.

Miletus e longa, urbs metropolis in Ionia aut asia
Alia est in Creta, alia in lesbo. Inde mileteus.

Miletum oppidū in Attica iuxta boetiam.

Milo crotoniata. i. ex urbe crotone, fortissimus uir
qui unū bouē per stadiū portabat humeris, eundemq;
manu occidit. Alius fuit romanus qui Clodiū occidit.

Mimolones o curta, uel mimallonides dicuntur fœ
mine bacchates. i. bacchi sacra pagetes: à mima mon-

Mincius flu. Italiae, qui ex benaco fluuio (te asiae.
ortus, urbem mantuā circuit: deinde fluit in padum.

Minerua, id est Pallas filia Iouis, ex cuius cerebro
nata dicitur: est dea sapientiae & artium & bellorum. Po
nitur pro natura, pro ingenio & pro arte.

Minya, arū, populus thessaliae, qui cū Iasone nauigauerūt in colchos. Luca. Myniae gens cognita remis.

Minos filius Iouis & europæ, rex Cretensium, qui
bus & leges scripsit. Hic fingitur à poetis esse iudex
apud inferos, sicut & frater eius Rhadamanthus.

Minois idis. i. filia minois. s. Ariadne, de qua ante.

Minotaurus (ut poetae uolūt) erat monstrū natum
ex Pasiphae uxore Minois, habens formā partim ho
minis, & partim tauri, quod Pasiphae cōcepit ex tau
ro: unde uocatū est minotaurus, Quod inclusum laby
rintho, carnibus humanis uescebatur. Coegit etiā mi
nos Athenienses, qui androgeum filiū suū occiderāt, ut
quotannis in Cretā mitterēt. 7. filios & 7. filias mi
notauo

DE LITERA M

notauero comedendos. Tertio autē anno Theseus forte missus minotaurum occidit, & auxilio Ariadnæ filiæ minois labyrintho egressus euasit.

Minturnæ oppidum Campaniæ.

Myrmidones populi Aeginæ insulæ, quos fabulantur ex formicis ortos, nā myrmix græce formica, dicitur. Reuera tamē ita uocātur, quia sunt laboriosi ut

Miron statuarius insignis. (formica.

Myrrha filia Cynaræ regis, quæ nefando sui patris amore capta, nutricis auxilio cū illo ignorante quod filia sua esset cōcubuit. Postq̄ uero pater filiā suam esse rescuit, eam gladio uoluit occidere: sed myrrha fugiens per Arabiā, mutata fertur in arborē sui nominis, Genuit quoq; filiū nomine Adonidē, de quo superius.

Myrtilus auriga Oenomai regis, de quo supra Hip

Myrtoum mare est pars maris ægæi: (podamia. à myrtilo denominatum.

Mysia prouincia hellepontis, uel pars thraciæ uersus orientē. s. à triballis usq; ad euxinū, quæ hodie uocatur bulgaria. Quidā scribūt mœsia, sed melius puta-

Misenus e lōga promōtoriū Italiæ in (tur mysia. Campania dictū à miseno troiano tubicine, qui primū Hectoris, deinde Aeneæ comes fuit. Sed cū in Italiam uenisset Aeneas, misenus Tritonē marinū deū & tubicinē prouocauit ad certamē. Triton autē indignatus illū submersit, ut Verg. ait in. 6. Et sepultus est in monte qui ab eo misenus appellatur.

Mithridates a longa, maximus rex ponti qui. 66.

I annis

DE LITERA M

annis bellauit cum Romanis, nam saepe uictus semper
rebellauit. Tandem cum à filio quoq; persequeretur, se
ipsum occidit. Alius rex Parthorum.

Mitylene penultima produ oppidū in insula lesbo.
Mnemosyne mater nouem musarum, & interpreta-
tur memoria.

Moabitæ sunt quidā arabes appellati sic à Moab fi
Molorchus fuit pastor in nemea sylua (lio Loth.
qui rogauit Herculem ut occideret ibi leonem.

Momemphis urbs in Aegypto.

Monacris mons arcadiæ.

Monychus propriū nomē Cētauri, qui in bello con-
tra lapithas arboribus utebatur pro telis. Iuue. Quan-
tas iaculetur monychus ornos. Et interpretatur solus
unguis uel solidas ungulas habens. (culis fuit.

Monecus arx & portus liguriæ ubi templū Her-

Molossia pars epiri, & pro toto epiro ponitur. In-
de Molossus. i. epiroticus & molossi magni canes.

Mœsia ciuitas helleponti & regio circa pannoniã
& macedoniam, quæ & mysia: uide superius.

Morini i curta populus galliæ belgiæ, ad oceanū
contra angliam. Verg. Extremiq; hominū morini. Ho-
rum urbs gallice Teranana dicitur.

Morpheus filius aut minister Somni dei, qui Mor-
pheus inducit dormientibus uarias formas & apparē-
tiones. Oui. ii. Meta. Excitat artificē simulatoremq;

Mulciber Vulcanus deus (figuræ morpheæ.
ignis, sic dictus quod mollit ferrum.

Mundo

DE LITERA M

Munda urbs hispania bethyca, ubi Caesar pugnavit contra filios Pompeij.

Murrhanus fuit priscus latinorum rex, à quo deinde alij reges latini omnes dicti sunt murrhani, sicut albani reges dicti sunt Sylvij, Aegyptij Ptolemæi.

Musæ sunt novem filia Iouis & Mnemosine. i. memoriae quæ poetis & musicæ præsent & cunctis bonis artibus, nam musa græce, latine cantū significat. Musarum nomina sunt, Clio, Euterpe, Thalia, Melpomene, Terpsichore, Erato, Polymnia, Calliope, Urania. De his singulatim vide suis locis. Dicuntur autē habitare in helicone monte Boetiæ, unde uocantur heliconides. Habent & alia multa nomina quæ suis locis inuenies.

Musæus uetustissimus poeta græcus, tēporibus Orphei filius Apollinis, uel (ut alij dicunt) Eumolphi.

Mutina i curta urbs Italiae in Flamminia.

Mutius nobilis Romanus priscis temporibus qui Porfenna rege Romam obsedente solus iuit in castra regis ut illum occideret. Sed cum regem non cognosceret, & alium pro rege necasset comprehensus, & coniuatos prodere iussus, manum suam diu in igne tenuit: ut ostenderet nulla pœna se uinci posse. Rex autē admiratus eius fortitudinem, eum liberum dimisit. Tunc Mutius pro gratia regi dixit ut sibi caueret, quia trecenti Romani cōiurassent ita facere sicut ipse fecerat. Quapropter rex pacificatus est cū Romanis. Fuit alius Mutius postea clarus iureconsultus.

DE LITERAE N

N Abathæa regio orientalis inter arabiã & in-
diam sita, dicta à Nabath filio Hismael. Ponitur etiã adiectiue: Ouid. Eurus ad aurorã nabathæaq;

Naiades a curta, dicuntur nym- (regna recepit.
phæ fontium uel fluminum. In singulari dicitur Naias per
duas uel per tres syllabas.

Nais nomē nymphæ aquaticæ, à nao, quod est fluo.

Napeæ sunt nymphæ syluarum. Nam nape sylua dicitur. Verg. Faciles uenerare napeas.

Narbo clara ciuitas galliæ ad ostium rhodani à qua
denominata est gallia narbonensis, quæ & bracata dicitur, & uulgo gothia, uel (ut alij putant) delphinatus.

Naritia urbs locridis in græcia. Etiã urbs calabriæ
quæ & locri dicitur, scilicet à locrensibus illic cõdita.
Verg. Hic & naritij posuerunt moenia locri. Quidam
etiã scribunt naritiã esse insulam in ionio: sed uerius illa
dicitur neritos, Vnde Vlysses neritius, nõ naritius ap

Nar flu. umbriæ, q narninã urbẽ pfluit. (pellatur

Narcissus filius Cephisi fluminis & Lyriopes nym-
phæ, qui iuuenis pulcherrimus & uenator cū à multis
nymphis, & præcipue ab Echo nymphæ amaretur,
omnes tamen superbe contemneret, tandem sua ipsius
forma captus est. Nam cum formam suam in fonte uidi-
disset, ac nymphã esse putasset, cū ea potiri nõ posset,
nimio desiderio contabuit, mutatus in florem purpu-
reum. Ouid. tertio Metamor.

Nasamones populus ferus et crudelis in africa pro-
pe Syrtes, de spolijs naufragorum uiuens. In singulari di-
citur

DE LITERA N

ditur nasamon media curta: et in obliq̄s o producitur.

Nasica i longa fuit agnomen cuiusdā Scipionis nobilis Romani, qui Gracchū seditiosum uirum occidit.

Nausicaa i longa, filia Alcinoi regis Phæacum.

Naucratis oppidū Agypti.

Nauplus pater Palamedis. Vide Caphareus.

Naxos insula in ægeo una cycladum uini ferax, quæ & dia dicitur & strongyle.

Neapolis insignis urbs Campaniæ ad mare sita, quæ & parthenope dicitur.

Necropolis oppidū ægypti, distans ab Alexandria 30. stadijs, ubi Cleopatra anguibus admotis uberibus se extinxit, ne in triumphum duceretur ab Augusto.

Neleus filius Neptuni & pater Nestoris, qui Neleus urbē pylon cōdidit in Laconia, & .12. filios genuit, quos oēs præter nestorē Hercules occidit, & urbē

Nemea e curta, regio arcadiæ inter Cleonē & Clytoriū urbes, in cuius regionis sylua Hercules leonē occidit, & illius pelle induebatur. Hinc adiectiuū nemeus, quod e producit, nam diphthōgus est.

Nemesis e curta, dea indignationis, quæ de felicitate superbientes ulciscitur. Interpretatur enim indignatio. Eadem rhamnusia uocatur.

Neoptolemus filius Achillis ex Deidamia: alio nomine pyrrhus. Neoptole. interpretatur nouus miles.

Nephele mater phryxi & helles, quæ ob id nephe-

Neptunus filius Saturni ex Ope, (leias dicitur. habitus deus maris. Nā Saturnus tres filios habuit, Io

DE LITERA N

uem, Neptunum, Plutonem, qui regiones ita diuiserunt
ut Iupiter haberet loca superiora, Pluto inferiora, Ne-
ptunus marina uel insulas. Vnde finxerunt poete Io-
uem esse deum superiorum, Plutonem inferiorum, Ne-
ptunum uero aquarum.

Neritos mons in insula Ithaca, & pro ipsa insula
sepe ponitur. Vergilius: Et neritos ardua saxis. Hinc
Ulysses huius insulae rex uocatur Neritius.

Nessus fuit centaurus quem Hercules occidit. De
hoc uide superius Deianira. Inde nesseus a um.

Nereus oceani & Tethyos filius marinus deus, &
ponitur pro mari.

Nereides filiae Nerei. s. nymphae marinae.

Nestor filius Nerei rex Pyli, qui cum quinquagin-
ta nauibus ad Troiam uenit cum grecis, cum esset na-
tus annos amplius ducentos. Nam tertiam aetatem ho-
minum uiuebat, eratq; facundus & dulci loquela.

Neuius antiquus poeta comicus Romae.

Nicea urbs bithyniae metropolis, secundum Strabo.

Nicomachus nobilis medicus pater Aristotelis. Item
alius filius Aristotelis.

Nicocastro regina arcadiae mater Euadri. Alio no

Nicomedia urbs bithyniae. (mine Carmenta.

Nicopolis urbs in epiro, quam ita uocauit Augustus,
a uictoria quam habuit ibi de Antonio. Item alia urbs
in Aegypto.

Nycteis, id est, Antiopa filia Nyctei. Vide Antiopa

Nyctileus, id est, Bacchus, quod interpretatur

nocturnus

DE LITERA N

Nocturnus, quia noctibus fiebant eius sacra.

Nyctimene puella quæ cum patre concubuit, mutata
ob id in noctuam. Ouid. secundo Metamor.

Ninus filius Beli secundus, aut potius primus rex
Assyriorum. Nam Belus solam habuit Babylonia. Ninus

Ninus uel Niniue. (uero totam Assyriam.
urbs magna quam Ninus rex condidit.

Niobe o curta, filia Tantali & uxor Amphionis
regis Thebarum, quæ septem filios & totidem filias
prestantibus formis habens superbiuit, & latonæ ma-
tri Apollinis & Dianæ se prætulit. Quapropter A-
pollo omnes eius filios & filias sagittis occidit, & Ni-
obe præ nimio dolore facta immobilis, mutata dicitur
in lapidem. Ouidius sexto Metamor.

Niphates a longa, fluuius in Armenia & mons.

Nireus rex Naxi, formosissimus post Achillem in
exercitu grecorum ad Troiam.

Nysa ciuitas egypti propinqua arabie, in qua Bac-
chus nutritus fuit. Alia ciuitas India, à Baccho condita
Itē pagus in helicone monte. Hinc bacchus uocatur Ny

Nisyros parua insula, non longe à Co (seus
ubi nascuntur optima uina.

Nisus rex megarensis, habes capillum purpureum,
de quo fatatum erat quod cum priuaretur capillo, a-
mitteret regnum. Cum ergo Minos rex Nisum obsi-
dens amaretur à Scylla filia Nisi, ipsa ut Minocem sibi
conciliaret, capillum patris abscidit. Deinde Nisus di-
citur mutatus in auem halictum, quæ est species aquilæ,

I 4 & ualde

DE LITERA N

Et ualde persequitur cyrim auem, in quā Scylla fuit mutata. Verg. Georg. Ouid. S. Metamor.

Nisus etiā troianus Hyrtaci filius, et summus amicus Euryali, qui cū Aenea uenerūt in Italiā. Et cū hi duo noctu transirēt per hostes dormiētes, et illorū multos occidissent, tandē ab equitibus Euryalo comprehēso et occiso, Nisus cū fugere potuisset, maluit cū amico mori, necato tamē prius illius occisore. Verg.

Noes flu. thraciae, descendēs in Istrū. (. 9. eneid.

Nola urbs cāpaniae, quae prius Sidicinū dicebatur.

Nomades gens scythica ultra rascianos, nūc tartari dicuntur. (num nascebatur.

Nomentum oppidum Sabinorum, ubi bonum ui-

Nonacris mons Arcadiae, à quo Atalanta dicitur

Nonacrine, quasi filia nonacris uel arcas.

Noricū est regio germaniae, q̄ nūc bauaria dicitur.

Nuceria ciuitas Campaniae nouem milibus passuū

Numa Pompilius secundus rex Ro. (à mari.

ex curibus oppido Sabinorū electus in regem, qui populum Romanū à ferocia bellorū conuertit ad cultū deorū. Nam multas superstitiones induxit.

Numantia urbs hispaniae in Celtiberia, quae à Romanis obsessa per annos. 14. cum haberet tantū quatuor hominū milia, nō solū sustinuit, sed etiā uicit. 40. milia Romanorū. Tandē tamē à Scipione posteriore post longā et arctissimā obsidionē deleta. Cum enim fame laborarent, nec eis daretur iusti certaminis copia, omnia sua et seipsos igni immiserunt.

NUMICUS

DE LITERA O

Numicus i longa, fluuius in Latio prope Lauiniū,
in quo submersus fuit Aeneas.

Numidae populus ferus in Africa inter Carthaginē
& Mauritaniam, quorū regio dicitur numidia, uulgo
autem Barbaria nunc uocatur.

Nursia Sabinorum oppidum non ignobile in altis
umbriae montibus, cuius ciues nursini uocantur.

DE LITERA O

OAxis fluuius Cretae insulae, dictus ab Oaxe fi-
lio Apollinis. Vnde & Oaxia urbs ibidem, au-
tores sunt Vibius & Plistenes. At seruius putat fluui-
um esse Mesopotamiae, quē non sequuntur in hoc alij
commentatores Vergilij.

Oceanus est mare quod uniuersam terram circuit,
& à terris propinquis denominatur, ut apud Britan-
niam dicitur oceanus britannicus, apud gades gadita-
nus, apud Indiam indicus. Intrat uero terrā inter Hi-
spaniam & Africam. Item inter Asiam & Europā,
per Bosphorum & hellespontum.

Octauia soror Augusti, quā M. Antonius uxorem
habuit, & post repudiauit. Alia fuit filia Claudij im-
peratoris, quā Nero habuit uxorem, & eam occidit.
unde est tragœdia Senecæ.

Octavius pater Augusti, qui ex hoc dicitur Octau-
anus: & quādoq; etiā octavius, ut apud Iuuenalem.

Ocnus filius Tiberini regis Tuscorū, & Mantus
filiae Tiresiae, qui Ocnus Mantuam condidit, & alio
nomine Bianor dicitur.

DE LITERA O

Odryse uel odrysi, sunt populus Thraciæ

¶ Sequentia nomina habent initio œ diphthongon, quæ sonant e.

Oebalia est Laconia ab œbalo rege sic dicta. Inde adiectiuũ œbalius, id est, laconicus. Stati. Soluerat œbalius classem de littore pastor. Item Tarentũ urbs Calabriae dicitur œbalia, quoniã fuit à laconibus cõdita.

Oeagrus fluuius Thraciæ, pater orphei.

Oechalia urbs Laconia, quã Hercules euertit propter Iolem filiã Euryti regis, qui eam sibi desponsans postea negarat.

Oedipus filius Lai regis Thebani & Iocastæ, quonondũ nato pater Apollinẽ cõsuluit, qui respõdit eũ a filio nascituro necãdũ, quare Laus infantẽ mox ut natus fuit pastori necãdũ dedit. Pastor aut puerũ perforatis illius pedibus & transmissio uimine, suspẽdit ad arborẽ. Sed Phorbas pastor Polibij regis Corinthiorũ inuentum puerũ ad reginã suam portauit, quæ liberos non habens, eum pro filio educauit, & à pedum tumore nominauit Oedipodem, qui cũ adoleuisset orta inter Phocenses seditione, patrẽ nescius occidit. Deinde cum Sphinx monstrũ stans in colle apud Thebas, enigma transeuntibus proponeret, ac soluere nescientes occideret, statutum fuit ut quisquis Sphingos enigma solueret, Iocastæ nuptijs & regno thebano potiretur, Tunc Oedipus sphinga dericit, & regnũ thebanum accipiens, etiam matrẽ nescius duxit uxorem, & ex ea genuit Polynicem & Steoclem filios, qui postea de regno

DE LITERA O

regno certantes, mutuis perierunt uulneribus. Tandē
Oedipus cum cognouisset q̄ occidisset patrem, & ma-
trem duxisset oculos sibi eruit. Quem Antigone filia
ducebat, & se occidere uolentem custodiebat. Declina-
natur autem Oedipos œdipodis & œdipi. Legitur eti-
tur œdipodas in nominatiuo.

Oenone o longa, nymp̄ha phrygia amica Paridis
antequam raperet Helenam.

Oeneus rex atoliae pater meleagri, qui inde dicitur
œnides. Oui. Cōiugis œnides uersus in arma prece est.

Oenomaus filius Martis, rex arcadiae, Vide supra
Hippodamia.

Oenotrij dicuntur Itali ab œnotro rege Sabinorum.

Oenotria dicitur Italia uel à copia & bonitate ui-
ni, uel ab œnotro filio Lycaonis, qui ex arcadia in Ita-

Oetha mons inter Macedoniam & Thessaliam uenit.
Thessaliam, unde Hercules œtheus dicitur, quoniam
in œtha fuit exustus & sepultus.

Oeta uero sine diphthongo per tres syllabas, fuit
rex Colchorum, pater Medea. Ouid. Excipit hospitio
iuuenes Oeta pelasgos. Sed melius scribitur per æ di-
phthongon Aeta. Vide superius.

Oetus gigas filius Oloei, & frater Ephialtis, Vide
Aloeus.

Ogyges rex antiquissimus Boetiae, qui thebas aedifi-
cauit. Inde ogygius. i. thebanus, & ogygida ipsi The-

Ogygia insula phœnicij maris, ubi ca- (bani-
lypso regnabat.

Oicles

DE LITERA O

Oiclus argiuus .i. Amphiarai pater. Vnde amphiarai
haus oiclides dicitur.

Oileus i longa, rex Locrorū, pater Aiadis unius.

Olenus e curta, urbs Arcadiae uel Achaiae, ubi nutrita
fuit capra amalthea, quae Iouem infantem aluit.
Hinc ipsa capra in coeleste signū relata dicitur olenia.
Ouid. Nascitur oleniae signū pluuiiale capellae.

Olympia locus in Achaia inter Eliden & Pisam urbes,
ubi erat templū Iouis olympij, ubi etiā Hercules instituit ludos
currules & gymnicos, qui celebrantur quinto quoque anno,
& illi ludi uocantur olympia plur.

Olympias uero est tempus quatuor annorū, scilicet
spatium de unis olympijs ad altera.

Olympus mons altissimus in graecia inter thessaliam
& macedoniā, qui nubes transcendit. Et dicitur ab olos
quod est totus & lampos quod est splendens, unde pro coelo
capitur. Est & alius olympus in gallograecia, alius in mysia,
alius in Aethiopia ad mare rubrum.

Olynthus urbs Thraciae iuxta Atticā, ab Atheniensibus tandem euersa

Omphale a curta, puella & regina Lydiae, cui Hercules
propter amorē seruiuit ut ancilla domine.

Ophiuchus est signū coeleste, quod alij putant Hercule
esse, alij aesculapiū. Et interpretatur anguitenēs, uel
serpentē tenens. Male scribunt aliqui Ophiolchus.

Opheltes filius Lycurgi, à serpente necatus. Vide supra
Archemorus.

Ops filia Coeli & Vestae, soror & uxor Saturni,
que

DE LITERA O

quæ etiã Rhea dicitur. Hinc opalia festa opis, & opi-
gena Iuno filia opis.

Opis nympha comes Dianæ. Verg. Opis ad æthe-
reum pennis aufertur olympum.

Opus huius opuntis, urbs Locridis, à qua Locren-
ses uocantur opuntij.

Orcamus rex Assyriorũ. Vide Leucothea.

Orchades insulæ multæ in Oceano boreali, ultra
Britanniam, syluosa & incultæ.

Ordessus flu. scythiæ, in Istrũ fluens ex oriente.

Oreades a curta, nympha montana. Nã oros græ-

Orestes filius Agamemnonis (ce dicitur mons.
regis, & Clitemnestræ qui matrẽ occidit, eo q̄ illa pa-
trem suũ occiderat. Deinde Pyrrhũ Achillis filiũ qui
Hermionẽ sibi prius desponsam uxorẽ duxerat, occi-
dit clam in tẽplo, & Hermionẽ recepit. Postea furio-
sus ob hæc scelera factus uagabatur, & custodiente eũ
Pylade amico fidißimo, peruenit in regionem tauri-
cam, ubi sororem suam inuenit, cum qua profectus est
in Italiam. Vide Iphigenia & Pylades.

Orchomenus e curta, urbs Boetiæ, ubi templũ fuit
tribus gratijs dicatũ, Plinius tamen orchomenũ ponit
in Arcadia, De gratijs uide superius Charites.

Orcus pluto dicitur, & pro inferno ponitur: est
etiam fluuius thessaliæ, quẽ Homerus scripsit ex infe-
ris ortum in peneum labi. Vide Peneus.

Orion i producta, filius Neptuni ex Euryale filia
Minois secundũ Hesiodũ. Alij fabulantur eũ ex urina
Iouis

DE LITERA O

Iouis, Neptuni, & Mercurij genitum: quos deos cum Enopius quidam hospitio excepisset, eisq; bouem mactasset, petiuit ut sibi filium concederent. Illi ergo in corio bouis urinam fecerunt, ex qua humo obruta natus est orion, quasi urion. Nam urios graece urina dicitur. Orion igitur uenator factus, cum Dianam uellet uiolare, à scorpione occisus est, & inter sidera positus. Est enim sidus quod à latinis iugula uocatur.

Oricū urbs in epiro ubi terebinthus arbor nascitur

Orithyia filia erichtei regis athenien. quam boreas raptā tulit in thraciā, & ex ea genuit zethū & cala-
im: alia fuit amazonū regina: de qua Iustinus lib. 2.

Oropus oppidum in Attica in confinio Boetiae.

Orodes rex parthorū qui Crassum Roma. cepit &

Orpheus thrax filius oegri uel Apollinis (occidit. nis & Calliopes musae, poeta uetus & citharcedus optimus, atq; theologus, qui dulcedine cantus dicitur feras & saxa, & inferos mouisse. Nam eurydicen uxorem cantu recepit ut superius habes in Eurydice. Instituit aut Orpheus sacra bacchi, & tandē à mulieribus bacchantibus discerptus fuit. Licet alij putēt ipsum fulmine periisse.

Ortygia insula in aegeo, alio nomine delos.

Ortona urbs in pelignis ad mare adriaticum.

Osci populus antiquus in cāpania. Verg. O scorūq;

Osiris i longa, Iouis ex niobe filius, rex (manus argiuorū primo. Deinde relicto fratri eo regno, profectus in egyptū, ibi regnauit: & Isis duxit uxore. Tan-

dem

DE LITERA O

dem à Typhone fratre suo clam occisus fuit, & ab Isi
de diu quæsitus. Quæ inuentū tandem corpus sepeliuit
in insula quæ dicitur abatos. Vbi cū postea bouē inue-
nissent ægyptij, putauerūt Osirim esse deificatū, & bo-
uem illū memphim ducētes, pro deo coluerūt, et apim
uocantes sacra illi instituerūt, & certo spatio peracto
illū in flumine mergētes, aliū bouē similis formæ cum
luctu quærebāt. Quo inuēto cū magna leticia uocife-
rabantur. Tibullus: Te canit atq; suū pubes miratur
Osirim Barbara: memphitim plangere docta bouem.

Ossa mons thessaliæ pinis plenus, ubi centauri mor-
rabantur. Inde ossæus a um.

Ostia oppidū olim Latij in ostijs tiberis ad mare.

Othrys mons thessaliæ, sedes olim lapitharū. Lu-
canus: Solstitiale caput nemerosus summouet othrys.

Oxyrinchus ciuitas ægypti, dicta ab oxyrincho pi-
sce qui ibi templū habuit. Nam ægyptij uniuersi cole-
bant duos pisces pro dijs. s. lepidotū & oxyrinchum.
Item duas aues. s. accipitrem & ibim. Item tria terre-
stria s. bouem, canem & selem. Quidam etiā coluerūt
crocodilum, & alij Icheneumonem paruum animal,
quod occidit crocodilum. Hæc Strabo.

DE LITERA P

Pacorus o curta rex parthorum occisus in syria
per Ventidium Romanum.

Pachynos y longa, promontorium Siciliæ prope sy-
racusas, austrum uersus.

Pactolus o longa, fluius Lydiæ, qui olim defere-
bat au

DE LITERA P

bat auri ramenta. Vnde & Chrysotheba dicitur, & la-
bitur in hermum fluuium.

Pacuuius brundisus nobilis tragediarū scriptor,
& nepos Ennij poetæ, claruit Romæ temporibus Sci-

Padus maximus Italiae flu. ortū (pionis & Lelij.
habens ad radices uesuli montis. Et est primo paruus,
sed deinde. 30. fluminibus auctus per .>. ostia ruit in
adriaticū mare. Vocatur etiā Eridanus.

Padusa fluuius in padum fluens.

Padua urbs Venetiæ circa Padū: alio nomine Pa-

Pœan pœantis pater Philoctetæ, qui (tauium.
pœantius dicitur à patre.

Pœan pœanos, Apollo & laus Apollinis & quæ-
cunq; laus. Item pes quidam.

Pœon quidam medicus præstantissimus, unde pœ-
onius pro medicinalis accipitur.

Pœones populus in thessalia uel macedonia.

Pæstum oppidum Lucaniæ, ubi est mollissimus aer.
Vnde & rosaria ibi bis florēt. Inde pæstanus.

Pagasa urbs thessaliæ. Alio nomine Demetrias. In-
de pagaseus. Luca. Vt pagasea ratis peteret cū phasi-

Palestina regio syriæ cōiuncta (dos undas.
Arabia. Eadem iudæa dicitur.

Palamedes e longa filius Naupli rex Euboiæ insu-
le occisus ab ipsis græcis ad Troiā fraude Vlyssis. Nā
cū græci cōuocarentur ad bellū Troianū, Vlysses ut
domi maneret furere se finxit, & diuersis animalibus
littus arabat. Palamedes aut ut simulationem Vlyssis
detege

DE LITERA P

detegeret, filiū illius aratro opposuit &c. Deinde cum apud Troiā essent, & Vlysses frumentatū missus in Thraciā nihil attulisset, Palamedes eodem profectus multū frumenti attulit. Igitur Vlysses uidens Palamedem sibi esse contrariū, curauit in tentorio Palamedis aurū occultari. Deinde ipsum coram principibus accusauit, dicens quod à Troianis aurū accepisset ut grecos traderet. Palamede negāte quæsitū & inuentū est aurū: & ipse innocēs lapidatus est. Hic à gruibus quæ uolādo miros ordines seruāt, ordinē aciei & quasdam literas didicit, unde grues dicuntur aues Palamedis.

Palæmon deus marinus, qui & melicerta, uide Ino
Alius fuit grammaticus romæ tēporibus Quintiliani.

Palatinus mons in urbe Roma, dictus à Palanteo oppido quod ante Romā ibi fecerat Euander rex.

Pales dea pastorū, cuius festa primo palilia, deinde

Palici duo filij Iouis & Thæ (parilia dicebātur, lia uel etnæ nymphe, quæ cū à Ioue grauida facta esset timore Iunonis orauit ut sibi terra dehisceret, quod & factū est: sed postea tēpore partus instante, rursus aperta tellus gemellos peperit, qui palici dicti sunt, & in sicilia pro dijs colebantur.

Pallas filia Iouis sine matre, quia ex cerebro Iouis dicitur nata. Et dicitur esse uirgo & artiū & armorū dea: Inuentrix olei, lanificij: unde olea dicitur Pallas arbor. Vocatur etiam Minerua & Tritonia.

Palinurus promōtorū & portus in Lucania, prope oppidū Feliā, dictus à palinuro gubernatore classis

K AENEÆ

DE LITERA P

Aeneas ibi sepulto, q per somnū in mari de naue cecidit

Pallene regio macedoniae & urbs arcadia. (deras

Palmyra magna urbs assyriorū inter imperia Ro-
manorū & parthorū sita, & à Salomone condita.

Paphylia regio minoris asiae, ppe lycaoniā et lyciā

Pamisos flu. thessaliae unus de quinque principalibus.

Pan rusticus deus pastorum cornutus & caprinis
pedibus.

Panætolium mōs maximus in etolia uel cōuētus eto-

Panchaia regio arabiae. s. Sabæa ubi thus (lorum.
nascitur. Vnde fit Pancheus a um. i. sabæus.

Pandion i longa rex athenarū, pater prognes &

Pandora o longa mulier formosissima & gratiosissima, (philomela.
cui singuli dij sua dona dede-
runt. s. Pallas sapientiā: Venus decorē: Apollo musicā
mercurius eloquētiā. Vnde dicitur pandora, quasi om-
nium donū: uel ab omnibus donata. Hāc (ut ait Hesio-
dus) iupiter in terrā misit, ut homines deciperet.

Pannonia regio duplex. Superior pannonia est quae
nūc Austria dicitur. Inferior aut dicitur Hungaria.

Panompheus est epitheton dei, à pan id est omnis,
& omphe, id est uox, quia deus omnium uoce colen-
dus est: uel quia omnes uoces audit. Ouidius: Ara pa-
nomphæo uetus est sacra tonanti.

Panormum oppidum siciliae. Inde panormita.

Pantheon templum Romae à M. Agrippa conditū
Ioui ultori, & interpretatur omnium deorum.

Panthoides dicitur Pythagoras philosophus qui di-

cebat

& Linam
minis & Syl-
uis appropinqu-
antur et Fr.
Etella h. 7. Ca. 7

DE LITERA P

cebat se fuisse Euphorbium troianum panthoi filium,

Panthagia fluuius Siciliae.

Panticapes fluuius scytharum quintus ab Istro.

Paphlagonia regio asiae minoris.

Paphus urbs in insula Cypro Veneri sacra. Vnde

Parcae tres deae fatales. s. (Venus dicitur paphia.

Clotho, Lachesis, Atropos, quae quicquid homini addi-
xerint id fieri necesse est, ut fabulantur poetae.

*Clotho colunt b
inlat Lachesis
in Atropos etc*

Paretonium urbs & grandis portus in aegypto.

Paretonius adiectiuum. Luca. Inde paretoniam fer-
tur securus in urbem.

Paris filius Priami regis Troiae ex Hecuba uxore
quae cum esset grauida, somniauit quod pareret facem
quae Troiam combureret, Quare territus rex, iussit ut pro-
ter mox ut natus esset, occideretur. Hecuba uero ma-
terna pietate mota, curauit illum clam educari apud pa-
storē. Et cum adoleuisset, Iuno, Pallas & Venus de pul-
chritudine contendentes propter aureum pomum in quo scri-
ptum erat: Detur pulchriori, à Ioue ad Paridem arbitrum
missae sunt. Cui cum Iuno regnum, Pallas sapientiam, Venus
uoluptatem & pulcherrimam mulierem promississet, ipse
pro Venere sententiam tulit. Postea à patre agnitus in
gratiam susceptus. Spartam nauigans, Helenam uxorem
Menelai regis rapuit, ob quod ortum est bellum troianum.
Tandem Achillem dolose occidit. Etiam uocatur Alexan-
der, occisus tandem ab Aiace oilei uel à Pyrrho.

Parnassus mons in phocide habes duos colles quos
aliqui falso nominant citharonem & heliconem. Nam illi

K 2 sunt

DE LITERA P

Sunt montes per se. Item parnassus fuit dicatus Apollini & baccho. Vnde poeta dicuntur eum frequētare, & parnassides musæ dicuntur.

Paros insula in ageo, ubi candidissimum habetur marmor quod parium dicitur.

Parma ciuitas galliæ in italia à fluuio parma dicta

Parrhasia ciuitas arcadiæ. Inde parrhasius. i. arca dicitur, et parrhasis, idis, dicitur mulier arcas ut calisto

Parthasius pictor eximius. Vide infra Zeusis.

Parrhenius mons arcadiæ, sic à uirginibus dictus. Nam parthenos uel parthenice uirgo græce dicitur. Item Parthenium est oppidum arcadiæ.

Parthenope urbs Campania. Alio nomine Neapolis à parthenope una syrenum ibi sepulta.

Parthenopeus penultima producta, Meleagri & Atalantæ filius rex arcadū, qui pene puer, profectus est ad bellū thebanū, & occisus.

Parthi populus ferus in asia maiori circa persas. Eorū regio parthia dicitur, quæ ab occasu terminatur media, ab aquilone hyrcania, ab oriente Aria, à meri-

Pasiphae per quatuor (diæ deserto Carmaniae. syllabas, filia solis & uxor Minois regis cretēsis, quæ turpi amore tauri dicitur arsisse, et inclusa lignæ uacæ cū tauro coisse & ex illo cōcepisse monstrū taurino capite, quod Minotaurus dicebatur. Seruius ait ipsam coisse cū scriba regio, qui Taurus nominabatur.

Pasithea una gratiarū. Alio nomine Euphrosyne. Staius. Non hoc pasithea blandarū prima sororum.

Patae

DE LITERA P

Patara urbs Lyciæ ubi colebatur Apollo, qui ob id Patareus dicitur. Eadē fuit patria diui Nicolai episco.

Patra, arū urbs achaie, in lōgissimo promontorio posita ex aduerso ætolie, in ea diuus Andreas aposto-

Pathmos insula parua in ægeo (lus passus fuit. mari una sporadum, in qua diuus Ioannes euangelista exulās, apocalypsim scripsit.

Patauiū urbs Venetiæ. Alio nomine Padua. Inde Patroclus locrensis menetij filius. (Patauinus.

cū in patria cādē fecisset, fugit in thessaliā ad Peleū regem, cuius filius Achilli fuit charissimus, & cū illo profectus est ad bellū troianū. Cū autē Achilles iratus ob raptā sibi ab Agamēnone amicā, pugnare nollet: patroclus eius arma induit, & sic territurus troianos in pugnam uenit. Sed ab Hectore occisus, causa fuit ut Achilles ad prælia rediret ac Hectorem necaret.

Pausanias dux lacedæmonius in bello cōtra Xerem proditionis damnatus: alius nobilis adolescens in macedonia, qui Philippū regē patrē Alexandri occidit, eo q̄ iusticiā sibi sæpe rogatus exercere noluisset.

Pegasus equus alatus Neptuni & Medusæ filius. Vel (ut alij dicūt) ex cruore occisæ Medusæ natus, qui in Heliconē uolans, & pede terrā feriens, fontē fecit musis sacrū nomine Hippocrenē. Deinde cū in pirenē fontē dulcē caput inclinaret, Bellerophon ipsum ascendit, & in coelū uolare uolens tandē decidit. Pegasus autē in coelū perueniens, inter sidera positus est.

Pegasides muse dicuntur à fonte heliconis illis di-

DE LITERA P

eato, quem pegasus pede suo fecisse fertur.

*Pelasgi sunt thessali, à Pelasgo Iouis filio denomi-
nati, & pelasgis ipsa thessalia.*

*Pella urbs littoralis macedoniae, in qua nati fuerūt
Philippus & Alexander filius eius reges Macedonū,
qui ob id dicuntur pellei. Iuue. Vnus pelleo iuueni non.*

*Peleus æaci & æginæ filius, qui (sufficit orbis,
ex Thetide genuit Achillem, qui pelides dicitur. Oui.
Pelides utinam uitasset Apollinis arcus.*

*Pelias filius Neptuni rex thessaliae, patruus Iaso-
nis. Etiā pelias est patronymicū: & quasi adiectiue po-
nitur. Ouidius: Trāseat hec torem pelias hasta latus.
Sed tunc fit à pelio monte. (pelias.*

*Pelion mōs thessaliae syluosus. Vnde patronymiciā
Peligni popu. Italiae in Sabinis, ex quibus natus erat
Pelops rex achaiae filius tantali regis (Ouidius.
pbrygū, quē pelopē pater coxit, & dijs apposuit car-
nes. Sola tamē Ceres humerū comedit alijs abstinenti-
bus: Deinde pelops uitæ redditus, humerū eburneū re-
cepit: deinde cū œnomaio rege achaiae certauit et uicit:
uide superius Hippodamia. Habuit aut filios atreū &*

*Peloponnesus regio (thyestē q pelopide dicuntur.
græciae, alio nomine achaia inter duo maria sita: unde
peloponnesus. i. pelopis insula.*

*Pelorus o produ. promōtoriiū siciliae italiā uersus.
Pelusium est unū de .7. ostijs nili, arabiā separās ab
Penelope filia Icarij et uxor Vlyssis, cui (ægypto.
ad bellū troianū profecto, & post hoc diu per orbē ua-
ganti,*

DE LITERA P

Panti, fidē & pudicitia seruauit, licet à multis procijs
Pelcus flu. thessalia, inter Ossa (sollicitaretur.
& olympū mōtes: Qui orcū fluuiū accipit sed nō reci-
pit: sed olei modo supernatantē breui spatio portatum
abdicat, pœnales aquas dirisq; genitas argenteis suis
misceri recusans: ut Homerus & Plinius scripsere.

Pentheus rex thebanus filius Echionis & Agaues.
Qui cū sacra bacchi cōtemneret à matre ac sorore cæ-
terisq; fœminis bacchātibus laceratus fuit.

Pentapolis regio africa, quæ & cyrenaica dicitur,
habens. s. ciuitates, inter quas principalis est Cyrene.
Fuit etiā regio iudææ à. s. similiter urbibus dicta, quæ
propter nefanda flagitia perierūt. s. sodoma, gomorra
adame, segor & seboim: quorū loco nūc ē mare mor-

Pergamus clarissima urbs Asiae uel troa- (tuum.
dis, quā Silenus fluui. intermeat. Hæc eadē urbs troia
uocatur. Dicitur etiā pluraliter pergama. Ver. Perga-
ma cū peteret & c. Hinc pergameus & pergamenus.

Pergea Diana dicitur à perga oppido pamphiliæ.

Perinthus clara urbs thraciæ in propontide, aliās
dicta Heraclea: In qua fuit amphitearū quod inter sep-
tem spectacula orbis cōputatur. Nam fuit ex uno mar-
more factum.

Permessus fluuius Boetiæ ex helicone monte fluēs:
& musis sacer. Dicitur etiam permessis idos.

Persephone uel melius phersephones dicitur Pro-
serpina filia Iouis & Cereris quā Pluto rapuit & ux-
orem duxit, unde dicitur inferorum regina.

K 4 Perseus

DE LITERA P

Perseus filius Iouis & Danaes, qui Medusam occidit, ut superius habes. Deinde Andromadā saxo alligatam & ceto deuorandā liberauit ac uxorē duxit, multosq; hostes ostenso capite Medusæ conuertit in saxa. Tandem Argos reuersus Acrisium regem auum suum (a quo cum matre infans fuerat mari impositus) occidit & pro eo regnauit. Vide Danae & Medusa.

Persepolis urbs in perside à Perseo condita.

Perses rex Macedoniae uictus à Paulo emilio cōsule Ro. & cū filijs in triūphū ductus. Quē tamē ut captum sibi adduci uidit, Paulus fortunā eius miseratus

Persis regio orientalis quæ finitur à (fleuit.
septētrionibus media, ab occasu Susiana, ab ortu Carmania, à meridie persico sinu.

Perillus quidā faber athenien. qui Phalari tyranno dedit à se factū æreum bouē, ut in eo homines inclusos supposito igne torqueret. Cū autē Perillus grāde præmium expectaret, tyrannus eum boui illo inclusit ut poenam suam primus experiretur.

Pericles Atheniensis dux eloquens & prudens,
Perusium urbs tusciæ.

Petilia oppidū Lucaniæ, conditū à Philoctete.

Petra urbs Nabathæorum in arabia, montibus & desertis circumdata & inaccessa.

Peuce insula borealis in Istro. Itē peucis ostiū istri.

Petosiris quidā mathematicus uel astrologus.

Phaeton filius solis & clymenes nymphe, qui multis precibus à patre impetrauit, ut currū solis qui quatuor

tuor

DE LITERA P

tuor equis trahitur, uno die regeret: sed tãti operi impar, equis eũ nõ audiētibus, sed extra uia currentibus mūdus ardore solis incensus est. Quare Iupiter etiam coelo timens, fulmine ipsum deiecit in padũ. Est autem phaeton dictio trisyllaba. Horati. in carmine saphico: Terret ambustus phaeton auaros, Et est epitheton solis dictũ à greco uerbo phaeino, quod est illustro, unde pro sole capitur. Errāt aut qui scribũt phoethon.

Phaetontides sunt sorores phaetōtis, scilicet filiae solis. De quibus uide Heliades.

Phaeaces per æ diphthon. populus corcyrae insulae ad quos Vlysses uenit. In singulari dicitur phæax.

Phædra per diphthon. filia minois regis Cretae, & pasiphaes & thesei uxor quæ hippolytum illius filium amauit. Quæ cũ ad amorẽ sui flectere nõ posset, accusauit eum apud patrẽ, quasi eam ille uiolare uoluisset. At postquam Hippolytus ob hoc falsum crimen necatus fuit, ipsa etiam semet occidit.

Phaethusa filia solis. Vide Heliades.

Phalaris media curta, tyrannus Siciliae crudelissimus in agrigento urbe. De quo supra Perillus.

Phalernus mōs cāpania prope puteolos, ubi nascitur multũ & optimũ uinũ, quod phalernũ dicitur.

Phaneus mons in Chio, à rege quodã sic dictus

Pharao antiquissimus rex Aegypti, à cuius nomine oēs reges aegypti usq; ad tēpora Solomonis dicti sunt pharaones. Et lingua aegyptiaca pharao significat regem, teste Iosepho.

DE LITERA P

Pharos uel pharus, parua insula Aegypti cōtra omnia Nili, & prope Alexandria urbē. In pharo fuit maxima turris, nauigantibus lumē præbēs nocturno tempore, unde etiā aliæ turres ad hoc factæ uocantur phari. Pharius ponitur pro ægyptius.

Pharnax uel pharnaces rex ponti, filius Mithridatis, qui patrē persecutus ad mortem coegit. Fauebat enim Pompeio, qui cū Mitridate bellabat. Tandē Cæsari rebellans, uictus & pulsus fuit.

Pharsalos a longa, ciuitas thessaliæ, in cuius campis C. Cæsar & Cn. Pompeius acre præliū habuerunt, in quo Pompeius uictus fuit. Vnde Luca. id prælium scribens librum suum uocauit pharsaliā. Item ipsa ciuitas pharsalia dicitur. Luca. Vincendū pariter pharsalia præstitit orbem.

Phasis grandis fluuius colchorum, & etiam urbs. Hinc Medea filia regis colchorum dicitur phasias, & phasiane aues illinc allatæ.

Phere ciuitas Thessaliæ: alia Laconia: alia boetia.

Pherecides i longa, poeta tragicus pediculari morbo cōsumptus. Serenus: Sed quis non paueat pherecidis fata tragoedi. (uerat.

Phereclus faber insignis, qui naues paridis fabrica

Phidias atheni. statuarius optimus, unde phidiacus

Philace urbs thessaliæ in qua prothesilaus impabat

Philetas græcus poeta, elegiarū scriptor.

Philoctetes pœantis filius et comes Herculis quem sepeliuit, & sagittas illius habuit. Cumq; iret ad bellū troianum

DE LITERA P

Troianū, una sagittarū illarum in pede uulneratus, in Lemno mansit. Tandē in calabria urbē petiliā cōdidit

Phillyra nymp̄ha ex qua Saturnus Chironē genuit, qui chiron phillyrides appellatur à nomine matris.

Phileni duo fratres Carthaginenses, qui pro ampli- atione suæ reipublicæ se uiuos sepeliri sustinuerūt. Nā cum carthaginenses & Cyrenenses diu certassent in- ter se de finibus agrorū. tandē ita conuenerunt ut cer- to tempore duo uiri ex utraq; ciuitate exirēt, & ubi- cunq; illi sibi obuiarēt, ibi utriusq; ciuitatis finis esset. Igitur ex Carthagine missi phileni longe processerunt in fines Cyrenensium, antequā illi aduenirent. Cumq; uenissent tandē Cyrenenses, & se esse præuentos ui- dissent, grauit̄ indignati proposuerunt philenis ut ni- si retrocederēt, uiui illic infoderētur. Quod postq̄ fā- ctum esset, Carthaginenses illic philenis aras fecerūt.

Philadelphia ciuitas Lydiæ ad radices Tmoli mon- tis. Strabo eam ponit in Mysia proximam Lydiæ, & terræmotibus uexatam dicit.

Philadelphus ptolemæus rex ægypti, bibliothecam fecit Alexandria serè quinquaginta milia librorū con- tinentem. Idem rex libros Mosi curauit traduci de he- bræo sermone in græcū per septuaginta interpretes.

Philippi orum, urbs macedoniæ, à Philippo rege condita, iuxta quam Cæsar & pompeius, deinde Au- gustus & Brutus pugnauerunt.

Phyllis regina thraciæ & Lycurgi. Demophontes Thesei filium à bello Troiano reuersum, & in Thra-

DE LITERA P

chiam tempestate delatū adamauit, & aliquādiu pro marito habuit. Sed cū ille Athenas profectus, statuto tempore nō redisset, ipsa amoris impatientia se suspendit in amygdalo, & in amygdalū dicitur esse mutata.

Philomena uel philomela, filia pandionis regis Athenien. quā thereus rex thraciæ uiolauit, & linguā ei abscidit, & mutata fuit in auē sui nominis, uide p̄gne.

Phineus rex arcadiæ, qui cū filios suos impulsu secūde uxoris sue cecasset, ira diuina ipse etiā cecatus fuit, & harpyiæ aues rapaciſsimæ cibos eius aut rapuerunt aut foedauerūt. Sed postea Zethus & chalais à phineo humaniter tractati fugauerūt illas, uide Stro-

Phyton magnus serpens, quē sagittis (phades. occidit Apollo, qui ob id dicitur phytius, & phytia ludi instituti in honorē Apollinis. Item phytonicus dicitur Apolline plenus. i. qui instinctu demonis futura coniectat. Quidam tamen scribunt python.

Phlegeton flu. inferorū semper ardens. Nā phlegeto græce significat cōburo. Verg. in. 6. Moenia lata uidet triplici circūdata muro. Quæ rapidus flāmis ambit torrentibus amnis Tartareus phlegeton &c.

Phlegias filius Martis rex lapytharū, pater Ixiōis. Vnde ipse lapythæ dicūtur phlegiæ. Phlegias autē templum Apollinis delphici incendit, unde grauiter cruciatur apud inferos, ut ait Verg.

Phlegræi campi sunt in theſſalia, ubi Iupiter cum gigantibus bellauit. Alij sunt campi phlegræi in Campania, ubi Hercules cum gigantibus bellasse dicitur.

Phlegon

DE LITERA P

Phlegon unus equorum solis ab ardore dictus.

Phocion quidam nobilis atheniensis & bonæ uitæ, sed per inuidiã iniuste necatus. Lege Plutarchum.

Phocis parua regio graciæ inter Atticã & boetiã. In phocide est oppidũ delphi & c. Inde phoceus et phocaicus. Vnde Pilades ab Ouidio dicitur phoceus.

Phœbus. i. Apollo filius Iouis & Latonæ, & interpretatur latine purus & splēdidus, unde ponitur pro sole. Vnde superius Apollo. Item phœbe est Diana soror phœbi, & pro luna ponitur.

Phœbas est sacerdos phœbi. s. mulier uaticinans.

Phœmone filia phœbi, & uates, quæ prima carmen heroicum cecinit.

Phœmus lacus arcadiæ, cuius aqua nocturno tēpore noxia est. diebus aut̃ innoxia, ut inquit Ouidius.

Phœnicia uel phœnice, regio maioris asiæ, & pars syriæ propinqua iudææ, & ualde fertilis frugum.

Phœnix quidã rex phœnicia, à quo regio nominata est. Alius fuit phœnix pedagogus & magister A-

Pholus unus Centaurorum. (chillis.

Pholoe mons Thessaliæ, in quo centauri morabantur. Est etiam nomen mulieris apud Vergiliũ.

Phorcyn uel phorcys rex Corsicæ uel Sardinia insularũ & pater Medusæ, quæ ab eo dicitur phorcynis idos. Phorcys aut̃ in mari submersus, marinus deus hæ-

Phoroneus rex argiuorũ filius Inachi. (bitus est.

Phrahetes rex parthorũ, occisus à scythis. Itẽ alius etiã rex parthorũ pessimus, q̃ patrẽ & .30. fratres & filiũ interfecit.

Phrygia

DE LITERA P

Phrygia regio minoris asiæ, habens ab oriēte Capadociam, à meridie Lycaoniam, ab occidente Troadem, à septentrione Galatiam, quæ tamen pars eius est. Et propter uicinitatem pro troade ponitur, unde troes uel troiani dicuntur phryges.

Phryxus filius Athamantis regis Thebarū ex Nephele uxore priore. Qui cum Helle sorore sua insidias Inonis nouercæ fugiens super arietē aurei uelleris cū sorore discessit. Sed Helle in ponte submersa est. Phryxus uero uenit in colchos ad Acetē regē, & ibi ariete immolato, illius uellus aureū suspēdit in templo, quod uellus postea Iason abstulit. Aries autem inter coelestia signa locatus, uocatur phryxus e longa.

Picenum est regio Italia, quæ nūc appellatur marchia anconitana, ab Ancone ciuitate.

Picentes autem dicuntur habitatores piceni.

Picus filius Saturni, primus rex Laurētum. Circe autē amore illius capta, sed spreta ipsum carminibus suis mutauit in auem sui nominis ut fabulantur.

Pierides dicuntur musæ uel à piero monte thessaliæ, in quo natæ fuerunt. uel à nouē filiabus pieri, quas canendo uicerunt. Nam ut Ouid. ait: Pierus habuit nouem filias, quæ musas ad certamen carminū prouocauerunt. Sed uictæ cū musis etiam maledicerent, ab illis in picas mutatæ sunt. Ouid. 5. Metamor.

Pylades Strophij phocēsis filius amicus fidiſſimus Orestis, quē furiosum factū nō deseruit, sed eū usq; ad Tauricam regionē secutus, pro ipso mori uoluit. Nam

in ca

DE LITERA P

in ea regione solebant aduenæ immolari Dianæ.

*Pylos urbs Laconia, in qua regnabat Nestor, quæ
Pindarus à curta, theba (ob hoc dicitur pylus.
nus poeta lyricorum princeps, cuius domui uel poste-
ris pepercit rex Alexander cum thebas euerteret.*

*Pindus mons in finibus Thessaliæ. Item fluuius &
Pimpla locus iuxta parnaßum mon. (oppidum.
tem, unde musæ dicuntur pimphleæ uel plimpleides.*

*Pipleus fons macedoniæ, à quo musæ uocantur pi-
Pyramus adolescens babilonijs. Thy- (pleides.
sben puellam mutuo amore clam parentibus amans.
Et licet à parētibus ualde custodirētur, tamē cōstitue-
runt ut nocte exirēt & certo loco cōuenirēt sub arbo-
re quadā. Thysbe aut prior illuc ueniens, uiso leone fu-
git in syluā, ueste illic relicta. Quā uestē Pyramus post
ueniēs à leone laceratā uidēs, putāsq; thysben à bestia
deuoratā, seipsum necauit. Quod Thysbe reuersa ui-
dens, se etiā eodē gladio peremit. Ouid. 4. Metam.*

Pyracmon unus cyclopū, quē alij uocāt Acmonidē

Pyraus portus Atheniensis. (Vide Brontes.

Pyrrha uxor Deucalionis. Vide supra.

*Pyrrhus filius Achillis ex Deidamia filia Lycome-
dis regis in scyro insula, qui priamū occidit, capta tro-
ia, occisus postea ab Oreste. Vide superius Orestes. Al-
ter pyrrhus rex Epiri, qui cū Romanis pugnabat, occi-*

*Pyrene (sus tandē saxo cū oppugnaret argos.
mons acrocorinthe, musis sacer. Etiā mons hispaniæ.*

*Pyreneus per tres syllabas rex thraciæ musas ho-
spitio*

DE LITERAE P

Spitio susceptas uiolare uolens, cum illae per fenestras euolassent, ipse secutus eas, decidit & fractis mēbris expirauit. Ouid. 5. Metam.

Pyreneus per quatuor syllabas, altus mons hispaniae, quem aliqui pyrenem uocant. Item pyreni montes qui à pyrene protenduntur in Galliam.

Pyramides turres grādes & sumptuosissimae apud mēphim aegypti urbē, à regibus pro monumētis factae. Sed & Rhodope meretrix maximā fecit pyramidem.

Pyrgoteles gemmarum sculptor artificiosissimus.

Pirithous filius Ixionis rex lapytharū cum Theseo amico suo descēdit ad inferos, ut proserpinā raperet, sed à Cerbero deuoratus fuit. Theseus autem captus.

Pyrodes Cilicis filius, q̄ primus ignē è silice excussit. Pisa urbs & regio arcadiae (sit, ut Plini. scripsit. uel achaiae, ubi quinto quoq; anno exercebantur ludicurrules in honorē Iouis Olympici. In hac urbe regnabat Oenomaus. De quo dictū est. Inde piseus a um.

Pisae arum, urbs Tusciae maritima. Inde pisanus.

Pisaurum urbs umbriae secundum Plinium.

Pistorium urbs Tusciae.

Pitecusa insula cū oppido in Tusco mari circa cam
Pythagoras samius Italicae philosophiae (paniā. princeps, qui discēdi causa mūdū peragrabat. Tandē cū doctissimus esset, à quodā interrogatus quis uocaretur, ait se esse philosophū. Nā ad illud tēpus docti uiri uocabātur sphi. i. sapiētes, quod nomē pythagoras soli deo cōuenire putans philosophus dici uoluit. Valde tamē

DE LITERA P

tamen errauit pythagoras, putans animas de corpori-
bus in corpora post mortē transire, & animas homi-
num quādoq; in bestias et pecora mitti. Vnde esus car-
nium prohibebat. Abstinebat etiā fabis, ut quidā uolūt.

Pythius Apollo dicitur à pythone serpente. Vide su-
pittacus à curta, mityleneus unus)pra Phytō.

Placentia urbs in Italica gallia (de. 7. sapiētibus.
.i. in Lōgobardia circa Trebiā flu. & nō pcul à pado.

Plateæ arum, urbs boetiæ. Stati. Nuntiat excubijs
Pleiades. 7. filie Atlātis, (uigiles arsisse plateas.
et pleiones nymphæ, et sunt. 7. stelle in humero tauri,
quæ & uergiliæ dicūtur. In singulari numero dicitur

Plemmyriū flu. Sici- (pleias adis. i. una stellarū.

Pleuron urbs etoliæ. (lia, et interpretatur exūdās.

Plotæ insule duæ in egeō, quæ & Strophades.

Pluton filius Saturni & frater Iouis rex inferorū,
de quo uide superius Neptunus. Et interpretatur di-
ues. Vnde etiam dis uocatur.

Podalyrius filius æsculapij, insignis medicus qui cū
Machaone fratre suo uocatus à græcis peste laboranti-
bus, à Creta uenit ad Troiā. Ouid. Quantas apud Da-
naos podalyrius arte medendi.

Pœan antis, pater philoctetis, qui ideo pœantius di-
Pœni carthaginenses quasi phœni, quia à (citur.

Pola ciuitas in Istria. (phœnicibus orti.

Polemo philosophus platonicus, discipulus & suc-
cessor Xenocratis, fuerat in adolescentia luxuriosus,
sed à Xenocrate emendatus.

L Polycletus

DE LITERA P

Polycletus e longa, statuarius clarissimus.

Polynices supra Eteocles.

Polycrates tyrannus samiorū fortunatissimus, quō
ut aliquid aduersitatis habuisse uideretur, anulū proie-
cit in mare, quem tamē cocus eius redinuenit in pisce,
Tandē ab oronte praefecto darij regis cruci affixus fu-

Polydorus o lōga, filius Priami & Hecubae, causa uitandi belli à priamo cū multo
auro missus ad Polymestorē regē Thraciae. Sed Troia
capta, Polymestor ut auro potiretur, occidit puerū,
quo cognito Hecuba Polymestori oculos eruit.

Polymestor rex thracia, de quo etiam dictum est.

Polymnia una musarum, & interpretatur multae
memoriae: uel multū canens à poly & hymnos.

*De quo Virgilium
u. 3. uide foris
in fine.)* Polyphemus quasi multae fame, fuit filius Neptuni,
& unus cyclopum. s. gigas unoculus, carnibus huma-
nis uescēs. Qui cū aliquot sociorū Vlyssis comedisset,
Vlysses ei optimū uinū propinawit, quo inebriatus cū
grauiter dormiret, Vlysses cum socijs eius eum hastis
cecauerunt. Idem antea amauerat Galatheā nymphā,
quae tum eum spreuit & Acim ei pratulit, quem Acim
Poliphemus saxo necauit.

Polentia oppidū liguriae in montibus situm.

Polyxena e curta, filia Priami & Hecubae, quam
Pyrrhus filius Achillis iugulari fecit ad tumulū patris
sui, qui propter illā occisus fuerat. Nā Achilles uisa po-
lyxena, in illius amorē adeo exarsit, ut illā à Priamo
peteret uxore, ac pacē promitteret. Igitur annuēte Pri-
amo

DE LITERA P

amo cū istius rei causa Achilles uenisset in templū A-

Pollux sup̄ius Castor. (pollinis, paris eū occidit.

Pompeij oppidū Campaniæ. Inde pompeianum. i. prædium circa pompeios.

Pompeius magnus nobilis Ro. qui multa bella gessit. Tandē civili bello uictus à Iulio Cesare, profectus in egyptū, ut ibi repararet exercitū, occisus dolore fuit.

Pontus pars maris circa Constātinopolim, alio nomine Euxinus. s. à bosphoro thracio usq; ad meotim paludē. Est etiā lata regio circa illud mare sita cōplectens colchū, cappadociā, armeniā, & alias prouincias. Ponitur etiā pontus generaliter pro mari. (thera.

Porphyris insula in laconico mari, alio nomine cy-

Portunus palemon deus marinus qui portubus præ-

Portmeus charon portitor inferre = (esse putabatur.

Porsena uel porsenna rex tusciæ in urbe (rorum.

Clusio, qui Romā obsedit conatus Tarquinium regem eiectum reducere. Tandē pacificatus recessit.

Præneste oppidū Italiæ in monte positum.

Praxiteles e curta, optimus statuarius & nobilissimus marmorum sculptor, qui inter alia gnidi fecit Venerem artificiosissime.

Priapus a lōgā filius bacchi & Veneris deus hortorum turpissimus. Nā in hortis ponebatur statua cū magno mēbro uirili. Colebatur aut maxime in hellespōto, unde hellespontiacus dicitur, & immolabant ei asinū.

Priamus Laomedontis filius rex troiæ, qui habuit filios quinquaginta, quorum precipui erant Hector,

DE LITERA P

Paris, Troilus, Deiphobus, Helenus, Polytes. Post euer-
sionem troiae omnibus filijs eius occisis, & ipse à Pyr-
rho senex occisus fuit.

Priene oppidum Ioniae in asia, patria Biantis.

Priuernū urbs uolscorū in latio. Inde priuernates.

Procyon est sidus quod latine canicula dicitur. Et
interpretatur ante canis, quia paulo ante canem ori-
tur cum leone. Horat. Iam procyon furit.

Prochyta y curta insula in tusco mari circa Cam-
paniam, & una ex aolijs.

Prociestes latro crudelis in attica, quē Theseus occi-

Proetus rex Argiuorū, cuius filia cū super- (dit.
birent, & sese Iunoni speciositate praeferrēt, Iuno cis-
talē furorē immisit, ut se uaccas putarēt. Ouid. autē di-
cit eas à Venere quā spreuerāt, primo in uaccas, post
in lapides esse cōuersas. Verg. Proetides impleuerūt fal-
sis mugitibus agros. Nā proetides dicuntur filiae proeti.

Procris filia erithei regis athenarū, & uxor cepha-
li, quē uenantē clam secuta est: latēs inter frutices, &
obseruās eū. Nā audierat q̄ ibi ille amicā habere sole-
bat. Cephalus autē motū in frutibus uidens, & feram
esse putans, uxore ignarus occidit. Ouid. 7. Metam.

Progne filia Pandionis regis athenien. & uxor Te-
rei regis thraciae. Quae cū iam filiū Itym nomine pepe-
risset, flagrans desiderio sororis suae Philomela uiden-
de uirū orauit ut illā ex athenis sibi adduceret. Quod
Tereus cū faceret eā in itinere uirginē uiolauit, & ne
flagitiū cuiquā diceret, linguā abscidit ac in quodā lo-

60 608

DE LITERA P

eo cōclusit, progne dicens, q̄ soror in itinere obiisset. Philomela aut̄ omnia quæ gesta erāt in pepulo pinxit, quod pepulū per ancillā misit ad Prognē. Progne autē bacchanalia simulās, sororē attulit, & filiū suū occidens Tereo comedendū dedit. Tereus re cognita cum progne persequeretur, illa in hyrundinē mutata fuit, & Tereus in upupā. Philomela etiā in lusciniā mutata est, & Itys in phasianū, q̄ auis habet aures plumosas & pēnas depictas, & frequēs est apud phasim fluuiū.

*Phasrus vel
Phasra rym
Phacant*

Prometheus Iapeti filius, qui primus finxit ex luto simulacra. Vnde dicūt eū homines fecisse. Fabulantur enim q̄ in coelū ascendens, ignē ferula sit furatus quo simulacrū à se factū animaret. Vnde iratus Iupiter, ipsum ligari fecit ad montē caucasum, adhibita aquila, quæ cor eius exederet. Quo figmento significatur fuisse uir studiosus & astronomus.

Propōtis est pars maris inter hellepontū & pontū

Proserpina i curta filia Iouis & Cereris quā pluto ex atna rapuit in uxorē. Ceres aut̄ ubiq; eā anxie quæ fuit, & cū tandē cōperisset Ioui cōquesta est, qui sententiam dedit, ut si nihil adhuc proserpina gustasset apud inferos matri redderetur. Sed quia illā aliquid gustasse cōstabat, & Ceres inconsolabiliter dolebat: Iupiter eā ita placauit ut proserpina medio tēpore esset apud matrē. i. apud superos, & medio tempore esset apud inferos. Est igitur proserpina uxor plutonis & in

Protagoras rhetor & (serorū regina, et est luna. Sophista temporibus socratis cui plato librū inscripsit.

L 3 Prothesi

DE LITERA P

Prothesilaus unus ducum græciæ ex phylace urbe thessaliæ. Qui cū datū esset græcis oraculū, ut qui primus ex classe descēdisset in terrā troianā periret, ipse magnanimus primus in terrā descēdit, & ab Hectore occisus est. Quē uxor eius ita fleuit ut ipsa moreretur.

Proteus filius oceani & tethyos, marinus deus pastor phocarū & uates: sed nisi coactus ui, nulla dans respōsa: idē se trāsformauit in quācūq; formā, ut Ver. in. 4. Geor. fabulatur. Fuit autē rex ægypti tēporibus

Psylli gens fuit in libya ul= (priami regis troiani. tra garamantes, & naturalē uim cōtra serpentes habens. Nam psylli neq; à serpentibus ledi poterant, & illorum uenenum ab alijs hominibus exugebant.

Phthia regio thessaliæ. s. patria Achillis.

Ptolemæus filius Lagi militis gregarij in exercitu magni alexandri, sed ptolemæus ita se gessit ut inter duces esset. Et post alexandri mortē rex ægypti factus, adeo clarus fuit ut oēs sui posterī ab ipso denominati sint, & dicti ptolemæi usq; ad tempora Augusti.

Ptolemæis urbs phœnicie prius uocata acha.

Punicus Carthaginēsis. Verg. Punica regna uides: Vnde punica bella dicuntur quæ Romani gessere cum Carthaginensibus.

Puteoii oppidum campanie à multitudine puteorum, propter aquas calidas ita dictum.

DE LITERA Q

QVari populus Gallie narbonensis inter sallyes & uocontios, en france.

Quinquas

DE LITERA Q

Quinquatria festa Mineræ, quæ quinto die post
Idus cuiusq; mensis agebantur.

Quirinus dictus est Romulus: eo quod semper ute-
batur hasta: quæ sabinorum lingua quiris appellatur.

Quirinus etiam martem significat. Item Octavianus
cæsar appellatus est Quirinus.

Quirinalis collis in urbe Roma: quod in illo tem-
plum Quirini fuit, uel quod in illo habitauere Sabini
à curius urbe uenientes.

Quirites Romani dicuntur à Quirino primo rege à
urbis cōditore. Ante etiã sabinis appellabatur quirites
à curibus urbe sua, de quibus Ver. ait. Prisci q; quirites.

DE LITERA R

R Hadamantus filius Iouis ex Europa & frater
Minois, qui ambo dicuntur esse iudices apud in-
Rhagustum urbs nobilis in Dalmatia (feros.
ab Epidaurijs condita.

Rhamnusia dea indignationis, quæ superbiētes ul-
ciscitur, alio nomine Nemesis quod interpretatur in-
dignatio. rhamnusia aut dicitur à rhamnys oppido at-
tica. Oui. Exiget ac dignas ultrix rhamnusia poenas.

Raphia urbs palestinae post Gazam sita.

Rauēna urbs Italiae in flāminia ad mare adriaticū.

Rhea filia coeli & uestæ, soror et uxor Saturni. alio
nomine ops. Rhea etiã dicitur cybele mater deū. Item
rhea dicitur Ilia mater Romuli, de qua superius Ilia.

Rheate oppidū sabinorum umbilicus Italiae.

Rhedones po. gallia in ducatu britānie ad oceanū.

DE LITERA R

Regiū urbs galliæ italiæ. i. lōgobardiæ, unde regiū
Rhegyū urbs brutiorū in finibus italiæ (enses.
ad mare cōtra Siciliam. Vnde rhegyini.

Regiū galliæ cōdidit Lepidus Romanus.

Regulus supra Attilius.

Remus filius martis & Ilia, quē frater eius Romu-
lus occidit, quia p̄ ludibriū muros novos transilierat,
uel quia uterq; regnare uolebat, & ob hoc orto inter

Remis urbs (eos certamine, Remus occisus est.
galliæ belgicæ, inter treuerim et mettensem urbē: cir-
ca syluā arduennā. In qua urbe francorū rex ungitur.

Rhenus fluuius nobilis, ab alpibus per germaniam
fluens, uel galliam à germania separans, tandē tribus
ostijs in septentrionalem oceanum influit.

Rhenus etiam fluuius in italia circa bononiam.

Rhesus rex thraciæ, qui cū equis albis ueniēs in au-
xilium troianorū, à Diomede & Vlysse noctu in suis
castris occisus fuit. Est etiā fluuius circa troiam.

Rhetia regio circa alpes uel in alpibus, quā aliqui
putant esse austriā uel sueuiā. Nam rheti sunt gens ale-
pina. Alij dicūt rhetiā esse pedemontanā regionem.

Riphæi mōtes sunt in scythia à p̄petuo uentorū fla-
tu appellati. Nā riphizo græce significat flo. Inde ri-
phæus accipitur p̄ scythicus & aquilonaris, ut riphæ-

Rhodanus a curta, flu. (us populus et riphæa nix.
galliæ, ortus in alpibus & allobroges à celtis separans
& lacui lemanno mixtus & iterū egressus lugdunū et
Viennā urbes adit: deinde ligusticū mare tribus ostijs
influit.

Rhodos

DE LITERA P

Rhodos clara insula in mari carpathio opposita
lycia & egypto. In ea fuit colossus. 70. cubitis altus,
& alij colossi minores, centū. Est aut colossus ingens

Rhodope o curta, mons in thracia: etiā (statua.
meretrix in egypto fuit cōserua quōdā esopi q̄ grandē

Rhetus mons troie in quo se= (struxit pyramidē.
pultus fuit aiax telamonius. Inde rheteus. i. troianus.

Romulus & Remus gemini. filij martis & ilia. Vi
de supra ilia & remus. Ergo romulus fuit cōditor ur-
bis Romæ & .1. rex. 2. rex fuit Numa pōpilius. 3. Tul-
lius hostilius. 4. ancus martius. 5. tarquinius priscus.
6. seruius tullius. 7. & ultimus tarquinius superbus.
Postea consules habuerunt Romani.

Rostra templū Romæ in foro ante curiā, sic dictū
quod illi affixa erant rostra nauū hostiliū, antiatibus

Rothomagū urbs galliæ in du= (ablata quondā.

Rhuteni populus galliæ in pro= (catu normaniæ.
uincia Bituricensi. Alij sunt Rutheni in scythia ultra
lixoniam, alio nomine Russi uel rassiani.

Rubicon flu. Italia, separās galliā à flāminia. Luc.
Puniceus rubicon cū feruida canduit aestas. Est aut in-
ter Ariminū & Rauennā, à rubore aquæ appellatus.

Rudie arū, uetus oppi. apulie, patria Ennij poetæ.

Rutuli uetus popul. in latio, quorū rex Turnus cū

Rutuba media (ænea bellū gessit secūdū Verg.
curta, fluuius liguriæ, ex Apœnino fluens.

DE LITERA S

Saba urbs metropolis in arabia felici in mōte si-

India mittit arbore. mollis sine thurea Sabgi. vix li. 1. q. 100.

DE LITERA S

Sa: unde sabea regio dicitur in qua sola thus nascitur et
sabei populus ipse. Verg. Solis est thurea uirga sabeis.
Alij uolunt q̄ saba sit regio. Sabota uero urbs.

Sabini uetus Italiae popu. inter latinos & umbros
rigidis moribus. Quorū filias in spectaculo rapuerūt
primi Romani carētes uxoribus: ob quod sabini multa
bella gesserūt cū Ro. Sed multi ex eis uicti, Romā mi-

Sabelli ijdē q̄ et sabini. Inde sabellicus. (grauerūt.

Sabota urbs arabiae felicitis. Alio nomine saba: ut su

Sacae populus in scythia. Persae aut omnes (pra
scythas uocant sacas à proxima sibi gente.

Sacra uia locus Romae ubi Romulus & Tadius rex
sabinorum foedus fecerunt.

Sacer mons est trans Anienem flu. tertio ab urbe
miliario, quē montē occupauit olim plebs Romana cū
à diuitibus nimiū grauaretur, & ibi tribunus plebis cre
ati sunt. Dicitur aut sacer mons, q̄a Ioui sacratus fuit.

Saguntus uel saguntū urbs hispaniae ultra Iberum
fluuiū, mille ferme passus à mari, quā Romanis fauen
tem Hannibal euertit. Sed cū uiderent ciues urbē capi
endam, primo res aurū & argentū omne in ignem iac
tauerunt, ne hostis illo potiretur. In quem ignem mul
ti etiam ciuium se miserunt. Nam alij omnes pugnan
tes occisi sunt: ut scripsit Liuius.

Saiticū est unū de ostijs nili, dictū à saīs urbe ppin-

Salamin uel salamis insula in mari euboico, (qua
cōtra athenas, in qua est urbs eiusdē nominis. Stadius:
Hos salamis populos illos cerealis eleusis: est etiā urbs
in Cypro. Salenti

DE LITERA P

Salentinū promontoriū italiæ ad oppidū circa Be-
Salij sacerdotes Martis Romæ à Nu- (neuentū.
ma rege instituti. qui lustrantes urbem saltabant, por-
tantes ancilia, id est, scuta.

Salapia oppidū apuliæ, ubi Hannibal amore mere-
tricio prope captus erat.

Salmacis a curta, sūm in Caria. Fabulantur fuisse
nymphā, quæ Hermaphroditū Veneris & Mercurij
filiū in fonte nudū repertū amplexans, deos orauerit
ut unū ē duobus corpus fieret, idq; factum esse.

Salmones o longa, æoli filius & rex Helidis, qui
ut deus esse crederetur, fulmina et tonitrua se mouere
fingebat, quæ tonitruo et fulmine ad inferos missus est.

Salacon quidā pauper superbus. Vnde omnes pau-
peres superbi dicuntur salacones.

Salonæ arum, urbs Dalmatiæ. Luca. Qua maris
adriaci longas ferit unda salonas.

Samaria urbs Syriæ uel Iudææ, caput uel metropo-
lis decem tribuum Israel. Quibus tandem captis &
abductis, remissi sunt illuc gentiles ad terrā colēdam,
qui samaritani quoq; uocati sunt, & tota illorū regio
dicta samaria. Item urbem samariam Herodes uoca-
uit Sebasten. Vide infra.

Samos est insula in ægeo mari circa thraciā. Vnde
& Samothracia uocatur ubi Iuno summe colebatur.
altera est in eodē mari insula samos cōtra ephesū sita.

Samnites populus fuit Italiæ inter Picenum Cāpa-
niam & Apuliam, ortus à sabinis, & à sannio monte
appellatus.

DE LITERA S

appellatus. Hic samnites multa bella gesserunt cū Romanis, deleti tandem à Sylla dictatore.

Santones uel santoni o curta, po. galliæ in aqtania.
Sangaris fluuius Phrygiæ.

Sappho mulier lesbia. i. de insula lesbo, quæ lyricæ carmina scripsit, fuit enim docta poetria. Tādē amore Phaonis cuiusdā iuuenis captæ, cū ille eā fugeret ipsa impatiētia animi se præcipitauit in mare de mōte leu-

Sapis flu. Italiæ in flāminia ppe sesenā urbē. (cate

Sardanapalus penult. lōga, ultimus assyriorū rex luxuriosissimus, et muliere corruptior. Cōtra quē con iurauit Arbactus præfectus Medorū, qā uiderat regē muliebri habitu inter mulieres uersari. Victus igitur prælio Sardanapalus fugit in regiā, & cū illa seipsum

Sarepta oppidum phœnicia. (combussit.

Sardinia insula fertilissima frumēti inter mare tu- scum & aphyricū, distans à Corsica insula stadijs. 90.

Sardis pluraliter urbs lydiæ caput, regia Cræsi.

Sarmatæ a curta, populus scythicus, prope Tana- im, qui & sauromatæ dicuntur, nunc uulgo Poloni &

Sarnus flu. Cāpaniæ (lituani & prusienses &c. ex monte eiusdem nominis fluens.

Sarra urbs phœnicia: alio nomine Tyrus, unde sar- ranus. i. Tyrius. Verg. Sarrano dormiat Ostro.

Sarpedon e lōga filius Iouis, rex lyciæ, occisus apd Sasos insula inter epirū & brundusiū. (Troiam.

Satyri animalia in æthiopia hūana specie, sed cor- nuta & caprinis pedibus. Veteres putabāt esse semide- os uel

DE LITERA S

os uel rusticos deos. Verg. Ferte simul satyriq; pedem.
hinc dictæ sunt satyræ et carmina qbus uitia carpuntur

Saturnus filius Cœli & Vestæ uel Terræ, qui ex
Ope sorore sua genuit Iouē, Iunonē, Neptunū, & Plus
tonem. Itē dicitur filios mox ut nati sunt comedisse. Itē
Cœlo patri suo genitalia abscidit. Tandem à Ioue filio
pulsus, ex Creta uenit in Italiã, & ibi agriculturã do-

Sauo fluuius in finibus Campaniæ, (cuit.
Sauona urbs maritima Liguriæ.

Sauromatæ uide sarmata. Iuue. Ultra sauromatas
Saurus qdã sculptor eximius. (fugere hinc libet.

Scenitæ populus uagus in arabia, qui morantur in
scenis .i. tabernaculis aut tentorijs cilicinis.

Scaea porta troiana, in qua fuit sepulchrū Laome-
dontis regis, quo integro troia capi non potuit.

Scauola qui sinistra manu pro dextra utitur, et sic
appellatus fuit Mutius, postq̄ exussit dexterã. Vide su-

Scamander flu. Troiæ. Item filius (pra Mutius.
Hectoris: alio nomine Astyanax. Itē Scamandria op-

Scylla filia Nisi regis megarensis, (pidum troiæ.
quæ capta nefando amore minois regis, q̄ megaras ob-
sidebat, ut illi sibi cõciliaret, purpureum capillū patri
abscissum illi attulit. Fatalis nãq; erat ille capillus Ni-
so, ut illo amisso, regnū etiã amitti recessse esset. Minos
aut Scyllã ut sacrilegã spreuit, nec secū ducere uoluit.
Sed cū illa in naue eius irruisset, Minos eam resti alli-
gatam de puppe suspendit in aqua. Fabulatur aut poe-
te q̄ in auē quæ Ciris .i. alauda dicitur sit mutata, quã
Nisus

DE LITERA S

Nisus pater in halietū mutatus persequi fertur. Altera fuit Scylla filia Phorci, quā Glaucus marinus deus cū amaret, & ab ea sperneretur, adiit Circen ueneficam, petēs ut carminibus suis illā induceret in amorē sui. Circe uero Glaucā amans, ab illo cōtempta aquam in qua Scylla se lauare solebat sic infecit, ut quāprimū Scylla illā intrasset, mutaretur in monstrū. Est igitur marinū monstrū, superius uirgo, inferius piscis, lupinum uentrē, & caudā delphinā habens. Ut ait Verg. in. 3. Aeneid. Homerus autē ait Scyllā habere sex capita & duodecim pedes, & more canis latrare. Reuera est grande saxū in siculo freto cōtra charybdim, eminus effigiem humanam referens, & collisione fluctuū representans latratus canum.

Scyrus insula in aegeo, ubi Achilles à matre fuit absconditus habitu muliebri, ne uocaretur ad bellū troianum. Vide supra Deidamia. Inde Scyrius.

Scyron latro in Attica, qui in scopulo sedens cogebat hospites sibi pedes lauare & se adorare. Quod cū faceret, eos precipitabat in mare. Hūc Theseus occidit & illius ossa dicūtur esse mutata in saxa, quae ab ipso

Scyronia saxa sunt in Attica, (uocātur scyronia. nō lōge à Megaris ad mare, per quae trāsitus est difficilis, dicta à Scyrone latrone.

Scythia ampla & barbara regio septētrionalis ab India ad Germaniā porrecta, ab uno latere pontū, ab altero rhyphcos montes habens, hinc scythicus.

Scythopolis urbs Syriae uel iudaeae.

Scopas

DE LITERA S.

Scopas optimus sculptor marmorarius.

Sebaste urbs Iudææ, olim dicta samaria. Sed Herodes appellauit eã sebasten, q̄ interpretatur augusta.

Sebenyticum est unus de ostijs Nili in ægypto.

Seleucus unus de principibus Alexandri, & post illius obitum, primus rex Syriæ.

Seleucia urbs Syriæ circa Antiochiam.

Selymbria ciuitas in propõtide, ppinqua byzãtio.

Semele e curta filia Cadmi regis thebarũ, quã Iupiter impregnauit, quare Iuno indignata, & eam perdere uolens, assumpta forma uetulae quæ fuerat nutrix Semeles, eã adiit & fingēs se dubitare an amasius eius uere esset Iupiter, hortatur eã illũ rogare ut talis & tantus secũ cubaret qualis & quãtus cũ Iunone sit solitus. Postea cũ Iupiter semel iurasset se illi daturũ quicquid peteret, illa à Iunone decepta, id petijt qd' Iuno eã docuerat. Quare Iupiter ut iusurãdũ seruaret, Semelem, quod petierat, fulmine occidit. Infantẽ uero ex eius utero sumens, quia nondũ maturus erat partui, suo femori imposuit, & tamdiu fuit donec maternos menses cõpleret. Qui infans bacchus dictus est, & à nomine matris quãdoq; uocatur Semelieus uel Semeleia.

Semiramis a curta regina Assyriorum (proles. uxor Nini primi regis, post cuius mortẽ ipsa uirili habitu ut filius regis putaretur diu regnauit, & regnum bellando etiam auxit, & muros Babylonij circũdedit. Fuit etiam libidinosa, & tandem cum filij sui concubẽtum petisset, ab illo necata.

Sena.

DE LITERAE S

Sena urbs hetruria, uel tusciae, octingētis stadijs à Roma distans. Profertur etiā pluraliter *senæ arum*.

Senones o curta populus Galliae celticae, qui olim in Italiā armata manu uenientes exercitū Ro. delcuerunt, ac Romā præter capitolium ceperunt.

Senogallia urbs umbriae in Italia.

Sentinū oppidū Italiae in finibus umbriae & picenē

Serapis a lōga, idoliū (alio nomine saxoferratū. egyptiorum, alio nomine Apis. Vide supra.

Seres pluraliter populus in asiatica scythia apud Indiā, q̄ de suis arboribus nobile lanā depectūt, de qua

Sequana a curta flu. galliae celtas à (fit sericū. belgis definiens. Oritur in ducatu burgundiae & Parisios alluens circa Rothomagum intrat oceanum.

Sequani a curta populus galliae in comitatu Burgunseriphus i longa, parua insula & una cy- (diæ. eladum in aegeo mari.

Setia urbs cāpaniae, unde denominatur uinū setinū

Sestos urbs ad hellespontū sita cōtra abydū, patria Erus puellae, quae et sestias appellatur, uide supra ero.

Sybaris a curta, fuit urbs magna Calabriae in sinu tarentino ad amnē Cratidē, quae urbs. 15. subditas habuit. Sed tandē delicijs & luxuria dediti ciues, omne robur amiserūt, & breui tempore à Crotoniatis uicti, & deleti sunt. Hinc Sybariticus ponitur pro luxuriosus. Fuit etiā Sybaris aliud oppidū. 12. milibus passuum

Sibylla dicitur omnis foemina (distans à Roma. diuinās uel prophetans, & interpretatur diuinū consiliū

DE LITERA S

filiū. Varro & Lactantius enumerāt sibyllas decē. Quarū prima fuit persica, altera libyca. 3. delphica, 4. cumea. 5. erithrea. 6. samia. 7. cumana, quæ Tarquino superbo regi Ro. attulit nouem libros prophetijs plenos, pro quibus poscebat trecētos philippeos aureos. Cum autē rex ob magnitudinē petiti pretij rideret illa in eius præsētia tres librorū exussit. Deinde regē interrogauit an eodē pretio sex reliquos libros emere uellet. Illo renuente, ipsa iterū tres cōbussit. Et cū tribus residuis adhuc peteret idem pretiū, rex mulieris cōstantiā admiratus pecuniā dedit & libros accepit, qui Romæ diligēter seruabātur à .15. uiris ad hoc ordinatis, & periculosis tēporibus legebātur. Postea tamē aucti sunt hi libri additis carminibus aliarū sibyllarū. Otaua sibylla fuit hellestōtica in agro troiano nata. 9. fuit phrygia. 10. tyburs uel tyburtina. Et oēs sibyllæ de Christi incarnatione scripserūt, ut ait Lactantius.

Sycambri populus germaniæ finitimi Menapijs ad utranq; rheni ripam. Et putātur esse gelrienses.

Sicania est sicilia sic appellata à sicanis populis, q̄ ex hispania primo in Italiā iuerunt, deinde in siciliam progressi sunt. unde sicani dicūtur siculi uel sicilienses.

Sicilia nobilis insula, angusto sed periculoso freto, distans ab Italia, cui olim fuerit adiuncta. Hinc siculus & sicilienses. Græci uero sicelia per e scribūt, unde & Verg. patronymicū scemininū fecit sicelis, cum ait: Sicelides muse &c. Itē Sicilia habet tria promontoria, de quibus uide trinacria.

M

Sicyon

DE LITERA S

Sicyon uel sicyonia urbs uetus achaie in laconia,
aquā quā olea multae sunt. Est et insula in egeo cōtra

Sicoris o curta fluius hispanie. (Epidaurū.
Luca. Hesperios inter sicoris non ultimus annes.

Sidon urbs maritima phoenicia, à copia piscium sic
appellata, ubi primum factum fuit uitrum.

Syena e lōga, insula uel urbs in cōfinibus ethiopiae
uel aegypti directe sub tropico aestiuo. i. caero in extre

Sigaeū est promōtorium troia. (mo torride zone.

Syla mons & sylua Lucanie. (dis uel troie.

Sylla nobilis Romanus qui Mithridatē regē debela
uit, & cōtra Mariū Romanū cruentissimum ciuile
bellū gessit, & marianos. i. fautores Marij crudelissi
me necauit. Deinde cū fuisset dictator. i. solus Romae
princeps, deposita dictatura, obiit morbo pediculari,
uel (ut alij uolunt) ira nimia sanguinem uomens.

Silenus e lōga, nutritius & pedagogus bacchi.

Siler uel silerus flu. lucanie, alluens Salernū oppi
dum & campaniā à lucania separans, qui fluius cū
alibi saluber sit, tamē ultra surrenthū oppidū, qe quid
in eū proijcitur durescit in lapidē, ut inquit Plinius.

Syluanus deus rusticus syluarum.

Syluia. i. Ilia mater Romuli.

Simethus flu. Sicilie, nō procul à Catanensi urbe.

Simonides græcus poeta lyricus ex insula Cea ori
undus. Et fuit primus lyricus apud græcos aptissimus
ad mouendas lachrymas, flebile carmen inuenit.

Simois o curta flu. troianus ex Ida mōte profuēs,
& tandem

DE LITERA S

Symphlegades sunt (Et tandē Xanto miscetur. duo scopuli in mari quod dicitur Hellepontus, inter quos est difficilis & periculosa nauigatio. Vocantur etiā *Syndromades*. i. cōcurrētes, quia eminus uidētur concurrere. Etiam uocantur *Cyaneæ*, ut supra.

Sina mons in deserto arabie. Alio nomine *Oreb* uel *choreb*. In quo *Moses* legē & præcepta accepit à

Synaddis oppidū phrygie: Vnde marmor (deo.

Synopes fuit urbs iuxta pontū uel in (synadicū.

Cappadocia: *Diogenis cynici* patria.

Sipontū uel *Sipuns* huius *sipuntis* clara urbs in *apulia* ad montē *Garganū* à *Diomede* cōstructa.

Syphax rex *Numidie* uictus à *scipione*.

Syphnus insula in *ageo mari* et *argēti* ferax olim.

Syracuse arū urbs pulcherrima & nobilissima in *sicilia* iuxta *pachynū* promontorium, quæ tres muros & tres arces habebat, & portum marmoreum.

Syrenes tres filie *acheloi* fluij & *Calliopes* musæ quæ habitabāt in quadā insula inter *italiā* et *siciliā*, et dulcedine cātus sui nauigātes alliciebāt: ac deinde necabāt. *Vlysses* autē illac nauigaturus aures sociorū suorum *cera* clausit, ne audirēt cantus illarū, seipsum autē ad malū nauis alligari fecit, & sic euasit: ut inq̄t *Homerus*. *Syrenes* autē de sui cōtemptu adeo doluerūt, ut se

Syria regio maioris *asie*, (in mare precipitarēt. iuxta *iudeā*. Quidā tamē *syriā* uocāt totā illā regionē quæ cōtinet *phoeniciā*, *palestinā*, *mesopotamiā* & *byloniā*: quæ et *assyria* dicitur, hinc *syrus*.

DE LITERA R

Sirius est stella in medio centro caeli : ad quā cū sol peruenerit duplicatur aestus, & nimio calore languent mortaliū corpora, latine haec stella dicitur canicula.

Syrtes sunt duo sinus. i. loca maris in fine Africae. quas inaccessas facit uadosum ac reciprocu mare. Sūt igitur loca periculosa propter aestus. i. motus inquietos, & arenae copiam.

Sisyphus aoli filius, latro fuit in isthmo quē Theseus occidit. Et apud inferos haec poena plecti dicitur, ut saxū semper relabens portare cogatur in montē. Oui. Aut petis aut urges rediturū Sisyphē saxum.

Sithon olim thracia uocabatur. Hinc sithonius. i. thracius. Verg Sithoniasq; niues hyemis subeamus a-

Smilax puella quae amore croci iuuenis (quosae. tabescens mutata fertur in herbā sui nominis q̄ similis est hederæ. Oui. Et crocon in paruos uersus cū smilace

Smyrna urbs Ioniae uel meoniae in asia mi (flores. nori, quā urbē meles flu. circūfluit. Haec à quibusdā di

Socrates atheniēsis sophro (citur Homeri patria. nisi marmorarij & phanaretae obstetricis filius, qui cū acris esset ingenij, & physicen atq; facundiā sine uirtute nihil pdesse uideret, illis artibus quae sole tūc in usu erāt relictis, ad athicā se cōuertit, & sophistas uehemēter irridebat. Quin etiā Apollo interrogatus à quodā de Socrate, respondit illū esse sapientissimū: propter haec cū multi ei inuiderēt, ab anito quodā diuīte & Melisso poeta & Lycone oratore accusatus est, quasi deos cōtemneret & pueros corrūperet. Cūq; ni
mis

DE LITERA S

his animose in iudicio loqueretur, adlictus morti uenenum bibit in carcere. Sed statim populus mortē eius ita doluit, ut accusatores eius uel morte uel exilio plecteret, & ipsi Socrati statuā aereā dedicaret. Huius discipulus fuit Plato & alij permulti.

Solymae arum urbs nobilissima Iudaea, quae & Hierosolymae. Ponitur etiā adiectiue. Item urbs alia circa Lyciam uel Ciliciam iuxta Homerum.

Solon athenien. legūlator, & unus de. 7. sapientibus, qui Croesum regē monuit, ut se felicē nō putaret quādiu

Sora oppidū uolscorū in campania. (uiueret.

Soraete mons hyrpinorum in Faliscis. 20. milibus pas-

Sparta uel sparte nobilis urbs (suum à Roma.

Laconia, alio nomine Lacedaemon. Inde spartanus & spartiata gentile nomen.

Spartacus fuit gladiator & seruus cuiusdā Romani, qui tandē cū. 82. socijs suis effugiēs è carcere, multa seruorū milia cōgregauit, & multis damuis affecit Italiam, tandē à M. Crasso in praelijs occisus. Lucanus. Ut simili causa caderes qua spartacus hostis.

Sperchius fluuius thessaliae è monte pelio ortus.

Speusippus philosophus academicus platonis ex sorore nepos, & in schola successor.

Sphinx monstrū facie uirginis, pennis auis, & pedibus leonis, quod quondā ad Thebas ueniēs, hoc anigma proposuit: Quod est animal bipes idemq; tripes & quadrupes. Qui hoc anigma soluere nequiebat, cū sphinx occidebat, tandē Oedipus ita soluit, ut homi-

M 3. nem

DE LITERA S

rem esse diceret, qui in infantia manibus & pedibus nitens quadrupes est, at in senectute baculo utens tripes est. Tunc sphinx se de saxo precipitē dedit. Reuera sphinx est animal mōstrosū in ethiopia de genere simiarum, fusco pilo, māmīs in pectore geminis, & homini persimile, nisi q̄ pilosum est & solitudinē colens.

Sporades, i. sparse, sunt insulæ multæ in ægeo uel myrtoo mari, inter quas est pathmos,

Stentor quidā græcus in bello troiano tam uocalis ut tantū faceret sonū quantū alij quinquaginta: ut ait Homē. Iuue. Tu miser exclamas ut uincere Stentoræ

Sthenobæa uxor proeti. uide Bellerophon. (possis.

Steropes unus cyclopum. uide Brontes.

Stesichorus siculus poeta lyricus, q̄ cū Helenā Melælai uxore quodā carmine uituperasset oculos amisit sed cū palinodia. i. cōtrario carmine eā laudasset, ui-

Stilbon est mercurij stella, à stilbo (sum recepit.

Stilpon quidā philosophus me= (græco. i. splēdeo.

Stymphalus lacus aut palus arcadiæ (garēsis.

apud oppidū nomine stymphalū, in quo lacu erant aues tantæ magnitudinis, ut radios solis obumbrarēt, quæ totā arcadiam deuastabant, & à lacu dicebantur stymphalides, quas Hercules sagittis occidit.

Styx aqua infernalis per quā dij iurabāt. Inde stygius a um. i. infernus uel infernalis. Est etiā styx paruus fluuius arcadiæ circa Nonacrim montem ex quo qui potat ilico moritur. Item alia palus ægypti circa Memphim ambiens Abaton insulam.

Strabo

DE LITERA S

Strabo Cretenſis philoſophus geographus tempo-

Strato philoſophus lampsace- (ribus Auguſti.
nus, magiſter Ptolemæi philadelphi.

Strymon flu. thraciæ ex Aemo mōte profluens &
Thraciã à macedonia ſeparans. Inde ſtrymonius a um.

Strophades inſulæ duæ in mari Ionio in quo harpy-
iã habitare dicit Verg. libro. 3. Aeneid. Nam phineus
rex arcadiæ, cū filios ſuos uxoris ſuaſu cæcaſſet, irati
dij ipſum quoq; cæcauerunt: & harpyias aues capa-
ces, & foedas immiſerūt qui cū uexarēt. Sed cū illuc
ueniſſet Iaſon cū argonautis, & phineus eos humani-
ter tractaſſet, miſerunt Zethū & Calaim filios boreæ
alatos ut harpyias pellerēt ex regno phinei. Quod illi
facientes, cum ueniſſent ad has inſulas moniti ſunt ne
canes Iouis. i. harpyias ulterius perſequerentur. Ob
hoc inſulæ quæ prius plotæ dicebantur appellatæ ſunt
ſtrophades. i. cōuerſiones, quia illic zethus & calais
cōuerſi ſunt à perſecutione harpyiarum, eas ibi relin-

Strophius rex phocidis pater pyladis. (quentes.

Suburra uicus in urbe Roma.

Sueſſa ciuitas campaniæ.

Sueſſiones populus galliæ inter belgas in prouinciã
Remenſi.

Sulmo oppidū pelignorum in Brutijs Ouidij poetæ

Suniū promōtoriū & oppidū in attica. (patria.

Surrenthū oppidū campaniæ.

Suſæ arum uel ſuſis, regia urbs perſarū. Lucanus.

Agmina achemenijs decurrant media ſuſis.

M 4 Tabor

DE LITERA T

Tabor mons est in medio Galilææ campo, mira rotunditate sublimis, distans à diocesaria decē milibus passuū. Hæc Hieronymus.

Taburnus mons campaniæ, uel potius apuliæ.

Tenarus per æ diphthongon promontoriū Laconie iuxta spartam urbem cuius in summitate magnus hiatus est uel specus, quandoq; strepitū agente uento faciens. Vnde fabulantur illic esse portā inferni. Verg. Tenarias etiam fauces alta ostia ditis.

Tages autor haruspiciæ, qui in heetruria subito apparens aratori cuidam, docuit cum artem illam.

Tagus fluuius lusitaniæ aureas habens arenas imbr. Taygeta urbs Laconie. Taygetus mons (mixtas. ibidem. Ponitur etiam taygetus adiectiue.

Thalassius uel thalassio deus nuptiarum.

Thales milesius, primus de septem sapientibus, qui primus in grecia disputauit de rerum natura.

Thalia i producta dicitur una musarum. Item una gratiarum à græco uerbo tallo quod est uireo.

Thamyras thracius citharædus, qui sua arte superbiens prouocauit musas ad certamen, à quibus oculis arte priuatus est. Oui. Quid miserū thamyru plecta

Tanager fluuius Lucaniæ. (tabella iuuat.

Tanais fluuius septentrionalis in scythia qui europam ab asia separat, & in maotim paludem labitur.

Tanis magna urbs in ægypto in ostio Nili quod ab

Tantalus Iouis filius ex (ea taniticū appellatur. Plote nymphe rex phrygiæ, qui dñs hospitio susceptis appo

DE LITERA T

apposuit pelopem filiū suū comedendū: uide supra pelops. Idē quoq; tantalus secreta deorū hominibus indicauit, quapropter apud inferos ita cruciari dicitur, ut ad amoenū fluiū stans & arborē dulcibus pomis onustam ante se uidens, semper tamē esuriat & sitiāt. Nā quoties ad potandū se inclināt aut ad carpendū pomū manus extēdit, & fluius et arbor ab ipso ita discedūt ut attingere nequeat. Oui. Querit aquas in aquis & poma fugacia captat Tantalus hęc illi garrula lingua

Tantalus. i. niobe filia tātali, supra niobe. (dedit.

Taprobane insula remotissima ultra Indiam inter ortum & occasum solis. Ad quā nauigantes quoniam septentriones non uident aues secum uehunt, quarum aliquas sepius emittūt, ut sequatur uolatum illarū. Est autem auro argento & gemmis ditissima.

Tapsus insula decem stadijs distans à Sicilia:

Tarraco a curta urbs hispaniæ citerioris à Scipionibus condita: A qua prouincia tarraconensis est dicta, quę uulgo uocatur Cathalonia.

Tarnacina oppidū uolscorū in campania, quod pri

Tarentū nobilis urbs Cala (us anxur dicebatur. brie in finibus Italię ad mare sita. Inde Tarentinus.

Tarpeia puella Romana filia Tarpei custodis capitolij tēpore Romuli, quę Tatio regi sabinorū & tunc hosti Romanorū prodidit capitolium, pacta ut quod in sinistra ferrēt sabini sibi darēt: putās. s. armillas aureas. At illi scuta sua in eā cōicientes ipsam necauerūt. Hinc capitolium dicitur tarpeius mōs uel tarpeia rupes & arx.

M 5 Tarqui

DE LITERA T

Tarquinius priscus fuit quintus rex Romanorum.
Tarquinius superbus septimus & ultimus rex, à Romanis expulsus ob superbiam suam, & ob nequitiam sexti Aruntis filij eius, qui Lucretiam nobilem matronam violavit.

Tarquinij orū uetus oppidū campaniae. (uerat.

Tarsus urbs clara Ciliciae, quā Cydnus amoenus fluvius præterfluit. cōdita fuit à Perseo Iouis & Danaes filio. In eo natus est diuus Paulus apostolus.

Tarsis regio Indiae, licet etiā pro Carthagine ponatur in sacris literis. Item pro hyacintho lapide, & pro mare positum legitur, ut ait Hieronymus.

Tartarus est profundissimus & pessimus inferorū locus, in quo impij cruciātur indicibilibus tormentis. Dicitur autē à græco uerbo taratto quod est turbo, uel à tartarisin quod est tremere & horrere.

Tartari populus scythicus olim Nomades dicti.
Tartessus oppidū in fine Hispaniae iuxta colūnas Herculis, alio nomine cartheia & Gaddir. Inde tartessus adiectiuum, id est, occidentalis.

Taruisium urbs Venetiae in marchia taruifina.

Taurinū urbs ad alpes, caput pedemōtanæ regionis

Taurus magnus & altus mons Ciliciae: sed Plinius inquit q̄ sit mons maximus & immensus ab india porrectus per asiā usq; ad maotim paludē scythiae, cuius pars est caucasus mons, sed & alia multa diuersis in locis habet nomina. Taurus etiā sidus est, & signum

Taurica est regio thraciae uel scythiae (in zodiaco, ubi aduenae immolabantur Dianae.

Tauromi

DE LITERA T

Taurominiū mors siciliæ, ad drepanū promontoriū, & urbs in monte illo sita. Inde taurominitanus.

Thaumantias uel thaumantis idis dicitur iris filia thaumātis, & electræ filie oceani, nuntia deorū in rebus malis, & mercurius in bonis. Verg. 9. Ad quē sic roseo thaumātias ore locuta est. à thauma quod græce

Theanū oppi. cāpaniæ, & pducit a. (miraculū ē.

Tearus lympidus fluuius in thracia.

Thebais regio superioris ægypti, uicina æthiopiæ: Etiā thebais dicitur mulier thebana. Itē liber papiniij statij poetæ de bello thebano. Itē tragoedia Senecæ de

Thebe huius thebes grandis urbs ægypti (eodem. ab Osiride rege cōdita & tota pensilis. i. sub se habēs uias subterraneas. Fuit. 140. stadiorū amplitudine & 100. portas habuit secundū Home. quod & Iuue. Atq; uetus thebe centum iacet obruta portis. Vocatur alio nomine Diospolis, teste Plinio.

Thebe arū uel thebes urbs Boetiæ in gracia condita à Cadmo Agenoris regis filio, ubi bacchus et Hercules nati fuerunt. Fuit & alia thebe in Cilicia patria Andromaches uxoris Hectoris.

Tegea e curta oppidū arcadiæ. Inde tegeæus a uim per æ diphthongon, & quatuor syllabas.

Telamon Acaci filius frater Pelei, & pater Aiæcis rex Salaminis insulæ.

Telemachus a curta, filius Vlyssis & Penelopes, qui patri in regno successit.

Telegonus filius Vlyssis ex Circe, qui patrem secutus

DE LITERA T

Autus in Ithacā imprudens illū necavit incognitū. Deo
inde fugiens in Italiā, cōdidit ibi urbem tusculum.

Theleboæ populus ætholiæ.

Telemus uates inter Cyclopes, qui Polyphemo præ
dixerat cæcitātē ab Vlyſſe illi inferendam.

Telephus filius Herculis ex Auge nymp̄ha, nutri-
tus à cerua. Postea rex Mysiæ factus, græcos per suam
regionē tranſcūtes ad troiā prælio adorsus, ab Achille
uulneratus fuit in femore. Deinde facta pace cū græ-
eis, cū sanari non posset, consuluit oraculum, quod re-
ſpondit ut ab eadē hasta peteret salutē, à qua acceperat
uulnus. Cum ergo in eodē loco rursus eū Achilles
percussisset, sanatus est. Quod sic intelligitur, quia de
rubigine ferri Achilles fecit emplastrū, quo illius uul-

Tempe amœnus locus in theſſalia (nus sanauit.
montibus & arboribus cinctus, per quē Peneus leui-
ter fluuius fluit. Ponitur pro quocūq; loco amœno, ut
apud Verg. Viuiq; lacus & frigida tempe.

Themis dea docens petere licita, quæ templū habu-
it in Boetia, & interpretatur fas aut licitum.

Themese oppidū Cypri insule in quo primū reper-
tum dicitur æs, quod inde uocatur themeseū. Stati. in
ſyluis: Et quis se totū themese dedit hausta metallis.

Themistocles atheniensis dux clarissimus, qui Xer-
xem regē persarū nauali prælio uicit. Postea per inui-
diam exul factus ad Xerxē cōfugit, à quo honorifice
exceptus, & dux belli cōtra athenienses cōstitutus, cū
neq; regi de se benemerito uellet negare, neq; patriæ
licet

DE LITERA T

licet ingrata cladē inferre seipsum peremit, hausto sanguine tauri, ut quidā scripserunt.

Tempus dicitur cacumē Tmolli montis, de quo infra. In quo. 150. annos homines uiuere dicuntur.

Tenedos insula nō procul à Troia, post quā latuerunt Graeci, cū insidias tenderēt troia. Verg. Est in conspectu Tenedos notissima fama Insula diues opum.

Tenos insula in aegaeo una cycladum.

Tentyra urbs aegypti, cuius incolae dicuntur habere naturalem uim contra crocodilos.

Teophrastus philosophus peripateticus, auditor et successor Aristotelis, interpretatur diuina eloquentia.

Teos ciuitas Ioniae, patria Anacreontis poetae lyri-
ci, qui inde dicitur Teius. i. de Teo.

Terapnae pluraliter tantū urbs laconiae in thebanis

Thera insula Iugustici maris, quae est (finibus.
therannis et Corsica.

Tereus rex thraciae maritus Prognēs. Vide supra

Tergeste ciuitas Venetiae. (Prognēs.

Termodoon uel termodon fluuius in pontica regione apud quem habitauere Amazones.

Thermopylae arum, mons longissimus graeciam transiens et eam diuidēs. In quo sunt angusti meatus, apud quos scaturiūt aquae calidae, à quibus denominatus est ipse mōs, nā thermos graece calidus, pyle porta dicitur

Terpsichore una musarū, quasi delectans choros.

Thersites quidā graecus, ex aetolia profectus ad troiam, nobilis, sed deformissimus et ignauus, ab Achille

pugno

DE LITERA T

pugno necatus. Iuue. Malo pater tibi sit thersites dum
modo tu sis Acacide similis &c.

Theſpis oppidū Boetiæ ad heliconē mōtē, unde Mus
ſe dicuntur theſpiades. Item theſpis antiquiſſimus &
primus poeta tragicus, de quo Horatius in arte.

Theſprotia regio & pars Epiri.

Theſeus Aegæi athenien. regis filius, uir fortis, qui
more Herculis magna fecit. Nam adhuc adoleſcens cū
Hercule pugnauit cōtra Amazones. Etiā Creontē ty-
rannum thebanū, qui in prælio mortuos ſepeliri pro-
hibebat, occidit. Item terribilē taurū deuaſtantē Atti-
cam apud Marathonē necauit. Item Minotaurū occi-
dit, ut ſupra dictū eſt. Item Cyronē & Procūſtē latro-
nes occidit, rapuit Helenā adhuc puellā, ſed reddidit.
Ex Creta ſecum adduxit Ariadnen & Phædrā filias
Minois regis. Sed in inſula Naxo reliquit Ariadnen, ut
ſupra. Tandē cū Pirithoo amico ſuo iuit ad inferos, ut
Proſerpinā raperēt. Sed Pirithoū Cerberus deuorauit
Theſeus ibi detentus eſt donec ab Hercule liberaretur.
Vergilius tamen ait in. 6. Theſeū apud inferos man-
ſiſſe. Fuit autē Theſeus rex Athenarū, unde athenienſes
ab ipſo denominantur theſidæ.

Theſtias. i. Althea filia theſtij. Vide ſupra Melea-
ger & Althea.

Theſtorides. i. Calchas uates filius theſtoris.

Theſiphon urbs parthorū, uicina Seleuciæ in aſſyriæ.

Teſiphone dicitur una de furijs infernalibus. Sed
melius ſcribitur Tiſiphone, quia uenit à tiſis quod eſt
pœna

DE LITERA T

pœna, & phone quod est mors, & corripit o.

Thessalia regio græciæ inter atticā & thraciā sita. Alio nomine amonia, & est montuosa & famosa ue-

Thessalonica i produ. urbs macedoniæ. (nificij.

Thetis idos, filia Chironis uxor Pelei & mater Achillis. Istud nomē aspiratū th habet initio, & breuiat utranq; syllabā. Statius: Iam dudū tacito lustrat The- tis omnia uisu.

Tethys yos filia Cœli & uestæ, uxor neptuni. Istud nomē aspiratū th habet in ultima, & producit utrāq; syllabā. Verg. Teq; sibi generum tethys emat omnibus undis. Ponitur & pro mari sicut & præcedens nomē Nam poetæ differentiā datā quādoq; confundunt.

Teucer uel teucrus filius Scamādri cretensis troiam cōdidit, unde troia dicitur teueria, & troiani teuceri. Alius fuit Teucer filius Telamonis regis Salaminis insulæ ex Hesione filia Laomedontis, qui cū Aiace fratre suo ex alia matre, profectus fuit ad bellū troianum. Sed cum Ajax se ex ira necasset, & teucer solus domū redisset, iratus pater ipsum expulit regno. Ergo Teucer in cyprū profectus, ibi urbē salamina cōdidit.

Teutates idolū quondā gallorū, cui humano sanguine sacrificabāt, sicut & Heso. Luca. Et quibus immētis placatur sanguine diro. Teutates &c.

Teumesus e produ. mons & regio Boetiæ, ubi Hercules adhuc adolescens occidit leonē, cuius pelle utebatur p ueste. Postea aliū leonē necauit apud cleonas.

Teuthrania regio asiæ minoris.

Thyas

DE LITERAE T

Thyas adis mulier sacerdos bacchi, q̄ et bacchis et Thyatira urbs asiæ nō lōge à Pergamo. (Menas. Tiberias urbs galilææ ad lacū genesarā cōdita, appellata sic ab Herode Antipa, in honorē Tiberij cæsar. Tiberis uel tibris est fluuius Italiae, qui ex (ris. apœnino defluēs, & Hetruriā ab umbria diuidēs, Romam transit, & deinde apud Ostiā mare illabitur. Primo ab aquæ albedine uocabatur albula. Deinde ab Tibri rege Tuscorū, circa eū occiso dictus est tibris. Postea à Tiberino rege albanorū in eo submerso appellatus est tiberis uel tiberinus.

Tybur uetus oppidū Italiae, distans à Roma. 16. milia passuū in collo cōditū à tribus fratribus thebanis. s. Tyburto, Corace, & Catyllo filij Catylli, filij Amphiarai uatis thebani. Hic tyburs gentile & c.

Ticinum i curta urbs insubrium uel Longobardiae, quæ nunc Papia dicitur. Vocatur autē Ticinū à fluuio uicino qui ticinus dicitur. Philelphus: Quosq; pater ticinus nitida perlucidus unda.

Tydeus filius Oenei regis Aetoliae uel Calidoniae, uir fortissimus. Qui cū Menalippū fratrem suū in uenatione imprudens occidisset patriā fugiens, adiit Adrastum regē Argiuorū, qui dedit ei Argiam filiā suā. A Polynice, qui alterā Adraستي filiā habebat legatus missus Thebas ad Eteoclem regē fratrem Polynicis, ut pacti memor regnū patri redderet. Cumq; Eteocles regno se cessurū negaret, & Tydeus propter hoc ipsum dure argueret, indignatus Eteocles, 50. milites misit, qui in

DE LITERA T

qui in sylua latentes, Tydeū recedentē clam aggredere-
rentur & occiderent. Sed Tydeus oēs occidit præter
unū, quē nuntiū cladis remisit. Tandē post multa for-
tia facta, in bello thebano fuit occisus à Menalippo the-
bano, quē tamē ipse cū mortaliter ab eo uulneratus es-
set occidit, et caput eius dētibus discerpfit, ut ait Stati.

Tytides i lōga. i. Diomedes Tidei filius. Vide supra

Thyestes filius Pelopis & Hip- (Diomedes.
podamiæ, qui aspirans ad regnū corrupit uxorē regis
Atrei fratris sui. Quare Atreus filios eius sibi coxit.
Vide supra Atreus. At thyestes oraculū cōsuluit quo-
modo se ulcisci posset, & iussus est cū filia sua Pelope-
ia coire, ex qua natus est Aegisthus qui Atreū occidit.

Tigranes rex maioris Armenia, qui auxiliū ferens
Mithridati regi, uictus est primo à Lucullo. Deinde à
magno Pompeio.

Tigris rapidissimus fluuius Armenia, qui à ueloci-
tate nomen habet. Nam tigris Medorū lingua est sa-
gitta. Vnde & bestia quædā in Hyrcania propter mi-
ram uelocitatē suā uocatur tigris. Item tigris fluuius
oritur ex fonte paradisi, ut legitur in Genesi.

Tile insula oceani inter occidentē & septentrionē
remotissima & ultima ex insulis notis. In qua solstitio
.i. in medio æstatis nulla sunt noctes, & in medio hye-

Tilos insula in mari indico, ubi (mis nulli dies.
semper uirent omnes arbores.

Timæus locrensis philosophus, cui Plato librum de
mundo inscripsit.

N Timæus

DE LITERA T

Timaeus flu. uenectorū uicinus Concordiae, & ter-
gesti oppidis, ex grandi monte per ora nouem effusus.

Timantes egregius pictor.

Timoleon Corinthius nobilis, qui primo patriā su-
am, Deinde Syracusas tyrannide liberauit.

Thymbraeus Apollo dicitur à thymbra herba: alio
nomine satureia, quæ abūde crescit in agro troiano cir-
ca tēplū apollinis, unde et flu. ibidē thymbra uocatur.

Thynos oppidū Ciliciæ. Horat. Thyna merce beatum.
Strabo aut thynos populū ait esse iuxta bithynos.

Tyndarus uel tyndarcus rex laconiae maritus Le-
de, & pater putatiuus saltem Helenæ, quæ ob hoc di-
citur tyndaris. i. filia tyndari. Statius: Tyndaris ince-
sta nimium laudata rapina.

Tyngi uel tyngis oppidū mauritaniae: alio nomine

Thyoncus o produ. dicitur bacchus quasi (Iulia.
impetuosus. Nam thyo graece significat impetū facio.

Typhoeus per eu diphthon. & nō per æ, fuit gigas
titani & terræ filius, qui Iouē ad certamē prouocās,
ab eo fulminatus dicitur, et sub insulā Inarimē trusus.
Luca. Cōditus inarimes æterna mole typhoeus. Ouidi.
tamē sub Sicilia illū sepultū ait. Appellatur etiam ty-
phon & typhos. Typhoeus aut adiectiuum est.

Typhon frater Osiridis regis ægypti, qui ipsum re-
gem clam necauit, & in. 25. partes corpus eius discer-
psit, ab Iside regina & ipse pro meritis occisus. Item
typhon pro thyphoeo ponitur.

Tiphys excellēs faber lignarius, & gubernator na-
uis et

DE LITERA T

uis argonautarū. Oui. Tiphys in aemonia puppe magister erat. Ponitur generaliter pro gubernatore nauis.

Tiryns huius tyrantis urbs Achaiae & fluuius.

Tirynthius dicitur Hercules, eo quod circa illam urbem magnalia gessit.

Tiresias uates thebanus, qui cum coeuntes angues baculo percussisset, mutatus fuit in foeminā. Post annos aut. ii. cū iterū percussisset cocūtes angues, uirilē naturam recepit. Iupiter aut & Iuno cōtendentes, utrius sexus maior esset libido, hunc qui utrunq; esset expertus arbitrū elegerūt. Tiresias aut pro Ioue sententiā tulit, asserēs foeminā plus libidinis habere. Ob hoc Iuno cum caecauit, sed Iupiter ut caecitatē eius beneficio solaretur dedit ei diuinationē. Vnde apud Horatium, ipse dicit Vlyssi: O Laertiade quicquid dicam aut erit aut non. Diuinare etenim magnus mihi donat apollo.

Tyrrheni sunt tusci. i. populus Italiae dicti à rege suo tyrrheno, cū quo uenerūt olim de Lydia. Et tyrrhenia est tuscia, & tyrrhenus a um, id est tusceus.

Tyrus urbs uetus & nobilis in phoenicia ad mare sita, olim insula, sed magnus Alexander cū eam obsideret mare clausit, Qui etiam ciues prope omnes crucifixit, eo quod serui essent & dominos suos, id est ueros ciues olim occidissent, ut ait Iustinus. Item apud Tyrum capiuntur conchylia, quae purpurae uocantur, quorū sanguine tinguntur uestes purpureae, quae ob id dicuntur tyriae. Itē carthaginenses appellātur tyrii, quoniam conditores carthagini uenerunt de tyro scilicet

DE LITERA T

Dido cum suis. Thebani quoq; dicuntur tyrij, eo quod
Cadmus thebarū conditor fuit de phœnicia,

Thysbe puella babilonica. Vide supra Pyramus.

Tisiphone est una furiarū, supra Tesisphone.

Tyssagetae populus scythicus ultra sarmatas.

Titan uel titanus filius fuit Vrani & frater Satur-
ni maior natu, qui saturnū bello adortus cepit. Iupiter
aut filius saturni titanos. i. titanū cū suis prælio uicit,
& patrē suū. Ex titane nati sunt gigātes qui cū Ioue
bella gesserūt. Fuit etiā titan auus solis, unde sol titan

Titanis idos, id est filia titani. s. Latona (dicitur.
Capitur etiā pro luna. Stati. Titani late mūdus subne-

Tityus filius terræ & maximus gigas (Etā silēti.
qui iacens occupare dicitur nouē iugera. Qui cū La-
tonam uiolare uellet, ab Apolline sagittis necatus &
ad inferos trusus est. Cuius iecur à uulture exedi phi-
betur, & quotidie renasci in poenā, ut ait Verg. in. 6.

Tithonus filius Laomedontis regis troiæ ab auro-
ra adamathus, & in uirū electus, quæ ab ipso genuit
Memnonē filiū. Vnde tithonia cōiunx à poetis appel-
latur aurora. Tithonus aut audita filij nece, ita doluit
ut tandē mutatus sit in cicadam.

Tlepolemus filius Herculis Rhodiorum rex occi-
sus à Sarpedone in bello Troiano.

Tmolus mons lydiæ ferax uini, mellis & croci. Dē-
citur etiā timolus. Oui. Deseruere sui nymphæ uinetæ

Thoas rex Colchorū in taurica regione, (timoli.
occisus ab Oreste. Vide supra Iphigenia. Alter fuit tho-
as rex

DE LITERA T

Tes rex Lemni pater Hypsipyles quæ forma patronymi
ia thoantias dicitur, id est filia thoantis.

Tolosa urbs Galliae narbonensis uel in Aquitania.

Tolentinū oppidū in piceno. Inde toletinus gentile

Tomiris regina Massegetarū, quæ Cy (nomen.
rum regē persarū occidit. Nam Cyro cū ingenti exer-
citu scythiā ingresso, Tomiris ei filiū suū adolescentē
obuiā misit, quē Cyrus per insidias cū suis interfecit,
tūc regina quasi diffidēs retrocessit, & Cyrū in angu-
stias ductū cū omnibus suis copijs interfecit, caput eti-
am Cyri in urnā cruore plenā misit dicēs: Satia te san-
guine quē sitisti, cuiusq; insatiabilis semper fuisti.

Tomarus mōs epiri. 100. fontes circa radices habēs

Tomos urbs in pōto, ubi Medea sequens Iasonē la-
ceravit fratrē suū paruulū, ut sic retardaret patrē à
sui persecutione. Nam tomos interpretatur incisio. Ibi
exulauit Ouidius poeta. Dicitur etiā tomi pluraliter.

Thracia regio europæ latissima iuxta Mysiam &
Macedoniā, in qua est urbs Cōstantinopolis. Sunt autē
thraces pugnaces & feri, quia partim sunt barbari,
partim græci. Etiā dicitur thrace pro thracia, & ha-
bet à septentrione Istrum, ab oriente pontū, à meridie

Traconitis regio syriæ ad arabiā. (mare ægeū.

Trallis pluraliter urbs asiæ minoris.

Trasibulus atheniensis dux, qui patriā à triginta
tyrannis liberauit. Tandē in castris necatus noctu.

Trasymenus lacus in agro perusino, iuxta quē han-
nibal Flamineū cōsulē cū. 23. Romanorū milibus in-

N 3 terfecit

DE LITERA T

terfecit, & sex milia cepit.

Trebia flumen Italiae iuxta placentiam circa quod Hannibal Roma. superauit duobus praelijs: primo Scipionis exercitū: deinde Sempronij cōsulis profligādo.

Triballi populus scythicus iuxta Mysios & pannones. Nunc seruij & rasciani dicuntur.

Tripolis regio phoeniciae habēs tres ciuitates, quae sunt tyrus, aradus & sidon.

Trinacria uel trinacris, id est Sicilia, sic dicta: quia habet tres acris, id est tria promontoria, quae sunt pachynus, pelorus, & lilybaeum.

Triptolemus eleusij filius & rex Atticae, qui in illis locis usum frumenti primus docuit. Poetae fabulantur quod Ceres eum infantem aluerit ac currui suo inposuerit ut sationem frumenti ubiq; doceret.

Triton marinus deus Neptuni filius & tubicen. Item triton est fluuius aphrycae defluens in paludem tritonidem. Deinde in mare libycum. Vnde & Pallas appellatur tritonia, quia iuxta paludem tritonidem nata fertur aut apparuisse.

Troglodytae populus in finibus aphrycae ultra ethiopian, qui uelociores equis sunt, & in cauernis habitantes carnibus serpentū uiuūt, ut Plinius ait.

Troas regio minoris asiae ad hellepontū, quae troia dicitur. Item Troas urbs est in troade. Item troas dicitur foemina troiana. Vergili. At procul in sola secretae troades acta, id est litore.

Troezen e longa, urbs Atticae, uel ut in Statium Lactatius

DE LITERA T

Lactantius ait Thessalia patria Thesei.

Troia regio minoris asie, quæ & troas in qua fuit regia urbs Ilium uel Ilion, quæ etiã troia dicitur.

Tros filius Erichtonij filij Dardani rex phrygiæ, à quo troia appellata est regio quæ prius dardania uocabatur, à dardano. Filij trois erant Ilus & Assaracus.

Tros etiam dicitur uir Troianus.

Tuder uel tudertum urbs umbriæ.

Tullus hostilius tertius rex Romanorũ bellicosus.

Turduli populus hispaniæ bethicæ, quibus propinqui sunt turdetani.

Turo urbs metropolis Biturigum in Gallia celtica, prope ligerim fluuiũ, habet suffraganeos undecim.

Turpio Ambuius erat actor comœdiarum Terentij temporibus.

Tuscia regio Italia, quæ & hebruria dicitur, ut supra.

Tusculũ oppidũ latij in colle sitũ, ut Romæ uideri possit, conditũ à telegono filio Ulyssis & Circes.

Tusculanum dicitur uilla, scilicet possessio rustica apud tusculum.

DE LITERA V

Vaccei populus hispaniæ citerioris.

Valentia urbs hispaniæ citerioris mille passus à mari, colonia Romanorum.

Valeria prouincia circa pannoniã, quæ nũc stiria

Vangiones populus germaniæ, nũc Vor- (uocatur

Varus fluuius diuidens galliã (macienses dicti. ab Italia, à quo liguria incipit.

N 4 Vascones

DE LITERAE T

Vascones populus hispanie tarraconēsis, qui quondam ab hostibus angustiati uescebatur humanis carnibus. Iuue. Vascones ut fama est alimentis talibus usi.

Vaticanus mōs in urbe Roma, ubi nūc palatiū est summi pontificis, & basilica S. Petri, dictus à uaticinijs ibi datis olim. (& finitimi.

Vbij populus germanie ad rhenum. s. Colonienses

Vectones populus hispanie. Luc. Vectonesq; leues

Veij urbs potens quondā in hebruria. quæ diu cum Romanis bellauit, tandē capta per Camillū. Eius incolæ dicuntur ueientes, & ueientanus adiectiuū, ut ueien-

Velia oppidū lucanie circa Palinurū (tanū uinū. promōtoriū. Inde uelinus. Verg. Portusq; require ueli-

Velitræ uelitrarū urbs uolscorū. 20. mili- (nos. bus passū à Roma. Inde ueliternus.

Veniphrū oppidū campanie, ubi optimū prouenit

Venusia urbs apulie, patria Horatij (oleum. poetæ, qui inde dicitur uenusinus.

Venus amorū dea, unde pro amoribus accipitur. Ponūt aut tres Veneres. Prima fuit filia cœli & diei, quæ ex Ioue uel baccho genuit Cupidinē & gratias.

Alterā ex uirilibus cœli natā dicūt. Nā saturnus (ut aiunt) cœlio patri suo amputauit uirilia, quæ in mare proiecta & fluctibus agitata spumā fecerunt, de qua nata dicitur Venus, quæ ob id aphrodite uocatur. Tertia uenus fuit Iouis et diones filia eneæ troiani mater.

Vercellæ arum urbs ligurie circa alpes.

Verulæ arum, urbs in latio. Inde uerulanus.

Veronæ

DE LITERA T

Verona urbs clara Venetiæ in marchia taruifina
 nõ procul alpibus, quã alluit Athesis fluuius amoenissi-
 mus. In ea nati fuerunt Catullus poeta, & duo Plinij.
 Ouid. Mantua Vergilio gaudet: uerona Catullo.

Vero flu. in celtiberia, cuius accolæ dicuntur uero-

Vertumnus deus qui præesse putabatur re- (nes.
 bus uertendis, id est uendendis & emendis, aut qui se
 uertit in uarias species.

Vesta filia saturni dea uirginitatis quondã habita,
 cuius in templo erãt sex uirgines quæ uestales diceban-
 tur, quia Vestæ seruiebãt custodientes ignẽ perpetuũ,
 qui si forte fuisset extinctus per negligentia, uerbera-
 bantur à pontifice. Itẽ si qua fuit corrupta, defodieba-
 tur uiua. Nam circa portã collinã erat specus clausum
 in quo deponebatur. Capiebatur aut. i. eligebatur uir-
 go uestalis intra annũ sextũ suæ etatis & decimum,
 & .30. annis oportebat eã manere uirginẽ, postea nu-
 bere licebat. Fuit & alia uesta mater saturni et titani.

Vestini uetus Italiae popu. iuxta Marsos & sabinos

Vesuuius mons Cãpaniæ quatuor milibus passuũ à
 Neapoli, uinetis & oliuetis refertus. Nam ibi nascitur
 uinũ quod gracũ dicitur. Cacumen tamen eius montis
 est sterile quod quondã ardere solebat.

Veseuus est idem mons qui & Vesuuius. Verg. Ta-
 lem diues arat Capua & uicina ueseuo Ora iugo. Est
 etiã alter ueseuus in liguria ad alpes ex quo padus fluit

Vesulus idẽ mōs qui & uesuuius. Quidã tamẽ aiũt
 esse montẽ liguriæ, unde padus oritur qui & ueseuus.

N 5 Vicentia

DE LITERA S

Vicentia urbs clara Venetiae inter Veronã & pa-
Vienna urbs metropolis quondã allo- (tauium.
brogum ad Rhodanum prope lugdunũ in delphinatu.
Item altera in austria metropolis.

Virbius dicitur Hippolytus thesei filius, de quo su-
pra, quasi bis uir, quia nouercali calumnia necatus, be-
neficio aesculapij uel Dianæ reuocatus fertur ad uitã.

Vlysses Laerte et Autolie filius, rex Ithacæ & du-
lichij insularũ, callidissimus & facũdus. Hic cũ expe-
ditionem in troiã græci pararēt, ut domi maneret, si-
mulauit se furere. Vide supra Palamedes. Item Achil-
lem muliebri habitu in Scyro latitantem deprehendit,
& ad Troiã duxit, & in bello multa prudēter effecit.
Idem post euerсионē Troiæ ceteris græcis patriã repe-
tentibus, Vlysses ui tempestati uexatus adhuc decē an-
nis errauit in mari, & ad diuersa loca uenit (ut ait
Home.) qui de ipsius erroribus scripsit opus insigne,
quod Odyssea inscribitur. Nã ulysses græce appellatur
Odysseus, quare Vlysses uel Olysses nō Vlyxes scribe-
tur, ut docet Philelph. Post lōgos errores Vlysses nau-
fragus deuenit ad Alcinoũ regē Phæacũ. A quo beni-
gne exceptus & socijs ac naue donatus, tandē redijt
in Ithacã patriã suã, & in habitu mendici domũ suam
ingressus, & à nemine cognitus, à procis Penelopes
uxoris suæ multũ uexatus est. Quos tandē auxilio the-
lemachi filij sui & subulcorũ, quibus se indicarat occi-
dit & cecauit. Postremo Telegonus filius alter uene-
rosa spina trigonis piscis Vlyssēm ignarus occidit.

Vmbria

DE LITERA V

Vmbria regio Italiae ad apœninũ, in quo ẽ urbs spoletũ, unde umbria nũc appellatur ducatus spoletanus.

Volaterræ arũ, oppidũ tusciæ in monte situm.

Volsi quidã populus in latio uel Campania.

Vranie uel urania dicitur una musarum, quasi coelestis, ab uranos quod est cœlum.

Vranos pater Saturni: alio nomine Cœlius, cui Saturnus filius amputauit uirilia, ut supra Venus.

Vrbinũ urbs in umbria, licet quidã in piceno dicãt.

Vtica urbs Africae.

Vtinum oppidum Aquileiæ,

Vulcanus Iouis & Iunonis filius, qui cũ deformis natus esset, nec ei Iuno arrisisset, præcipitatus est à Ioue in insulã Lemnũ, ubi secundũ quosdã nutritus fuit à simijs. Et ex casu illo factus est altero pede claudus. Dicitur esse faber deorum, qui Ioui fulmina & dijs arma formauit contra gigantes, nec tamen admissus est ad mensam deorum. Quinetiam nuptias Mineruæ petens, repulsam passus est. Vnde Vergilius: Nec deus hunc mensa dea nec dignata cubili est. Postea Veneris maritus factus, cum uidisset eam adulterari cum Marte, fecit tenuissimas catenas, quibus ipsos colligauit ita ut separari nõ possent, donec ab omnibus dijs & deabus uisi & derisi essent. Est etiã Vulcanus deus ignis, & sepe ponitur pro igne. Inde Vulcanius a um.

Vulturnus fluuius campaniæ, cui adest oppidũ uul-

Vulsinij oppidũ (turnum à fluuio sic appellatũ. tusciæ, quondam fulmine totum concrematum.

Xanthus

DE LITERA X

Xanthus fluuius apud Troiã cuius aqua pota
facit oues rufas. Nam xanthus græce rufum
significat. Item xanthus fuit propriũ nomẽ cuiusdam
troiani. Item nomẽ equi Hectoris secundũ Homerum.

Xanxiij populus asie, qui ab harpago præfecto Cy
ri regis obsessi, uxores & pueros & omnẽ suppellecti
lem suã arci imposuerũt, et igne adhibito cremauerũt:
ipsi uero in hostẽ irruẽtes, uniuersi occisi sunt. Hero-

Xantippe socratis uxor morosa et rixosa. (dotus
: Xenocrates chalcedonius philosophus academicus
platonis auditor, ingenio tardus, moribus grauis. Suc
cessit in schola speusippo quã tenuit. 25. annis.

Xenophon athenien. philosophus & dux insignis
socratis discipulus, & Platonis æmulus, qui multa ele
gantissime scripsit, & inter alia Cyri regis pædiã. i. di
sciplinam. Itẽ œconomicũ. i. librũ de regimine domus.

Xerxes rex Persarũ Darij filius ulturus Græcos,
qui copias patris sui profligauerãt cũ maximo exerci
tu uenit in Græciã. Sed Græci relictis urbibus, nauali
prælio regẽ in angusto loco adorti uicerũt duce The
mistocle. Iustinus ait Xerxem in Græcos armasse sep
tingenta milia de regno, & trecenta milia de auxilijs.
Itẽ naues decies centũ milia numero habuisse dicitur.
Victus aut̃ nauali pugna, trepidus, una nauicula refu
git in regnũ suũ, occisus deinde ab artabano præfecto:

DE LITERA Z

Zabulon fuit unus .12. filiorũ Israel, & ponit̃
tur pro illa tribu Iudeorum.

Zacynthos

DE LITERA Z

Zacynthos insula in græco mari contra sinū Corinthiacum. Verg. Iam medio apparet fluctu nemorosæ Zacynthos.

Zancle urbs Sicilia: alio nomine Messana nō procul à charybdi, unde charybdis Zanclea cognominatur. Fuit & alia urbs Achaia.

Zeno eleates, id est, de elea urbe, philosophus & inuentor dialectices, teste Aristotele. Qui cū uellet patriam suā tyrānide oppressam liberare, deprehensus, & captus à tyranno, cū torqueretur ut cōscios cōiurationis nominaret, linguā sibi met dentibus abscidit, & in os tyranni iniecit. Alij scripserūt q̄ aurē tyranni mordens abstulit, & ciues increpans ad cādē tyrāni indixit. Alter fuit Zeno cictieus uel cictiensis auditor Cratidis Thebani & auctor stoicæ sectæ. Nā quoniā in porticu docebat dictus est stoicus, quia stoa græce porticū

Zethus filius Iouis et Antiopa, frater (significat, Amphionis, rex thebarum.

Zetus uel zetis filius boreæ, qui cū Calae fratre suo inter argonautas fuit. Nam Zetus & Calais alati iuuenes & insignes sagittarij fugasse dicuntur harpyias è regno Phineci. Vide supra Phineus.

Zeugma urbs Syriae ad Euphratē, mediā quondā inter Romanorū & parthorū regna. Papinius: Et Zeugma latine pacis iter.

Zeusis heracleotes egregius pictor, qui cū Parrhasio de artificio certans, attulit in scenā uuas à se tam artificiose pictas, ut aues aduolarēt, putantes esse uer-

TAS UUAS

DE LITERA Z

ras uuas. Parrhasius aut attulit uelū tam artificiose formatū, ut Zeufis uerū linteū esse putaret & tolli à pictura iuberet, itaq; Zeufis aues, Parrhasius zeufum

Zoilus quidā malignus poeta scripsit (sefellit. cōtra libros Homeri, unde dictus est Homero mastix, id est Homeri flagellū. Quæ scripta cū recitasset Ptolemeo regi, rex indignatus, nullū ei uerbū fecit. Cūq; Zoilus inopia pressus regem rogaret ut sibi daret aliquid quo uiueret, ait rex, Homerus multos pascit, quare tu qui illo doctior es saltē teipsum pascere. Tandē Zoilus parricidij damnatus, iussu regis cruci affixus est. Hinc omnis quicūq; doctis uiris detrahit uocatur Zoilus. Ouidi. Ingenium magni liuor detractat Homeri. Quisquis es ex illo Zoile nomen habes.

Zopyrus nobilis persa, qui cū Darius rex Persarū Babyloniā diu & frustra oppugnaret, ipse sibi nasum, aures & labia amputauit, & ita ad Babylonos quasi transfuga iuit, cōquerens de crudelitate sui regis. Receptus igitur à babylonijs, & dux belli constitutus, urbem Dario tradidit.

Zoroastres primus rex Bactrianorū, qui artes magicas dicitur inuenisse, occisus à Nina rege Assyriorū in prælio. Item Zoroastres eodē quo natus est die risisse legitur, cū omnes homines risum differant in diem sexagesimum secundum.

FINIS.

Digito compesce labellum.

Dixisse, aliquando penituit, tunc se nunquam.



Πᾶς λόγος σαρκῶς ἐν τῷ σώματι ὁ ἴνα ἴσῃ μὴ
ἐκρυσείδω.

עז לחשותועה לרבר

BASILEAE, Apud Thomam Volfium.

M. D. XXXII.

153246

X 2203685



domi domi
mij u jim
nata **R**on
nata **R**on
pbat **R**on
henta **R**on
ano **R**on
tate **R**on
theophu


ad **R**on
mij u jim
nata **R**on
nata **R**on
pbat **R**on
henta **R**on
ano **R**on
tate **R**on
theophu



optimum d'impeto
nas et. quous n es la
ter ad mort. r omne
vo suspendi. Et tunc
Et hoc dicitur. Et
re in terra. Et cop
salua p'ramen
dixit. Et tunc
nunt. Et tunc
qua mactat.

omnes
Et tunc
art. Bo
qua
dicitur
Et tunc
Et tunc
Et tunc
Et tunc
Et tunc





*hinc possessor uagili
dummi fructu comit me*

ELVCIDA
RIVS POETICVS CONTI-
NENS HISTORIAS POETICAS,
fabulas, insulas, regiones, urbes, flu-
uios, mōtesq; insigniores, atq;
huiusmodi alia, omnibus
adolescētibus in po-
esi uersantibus
oppidoq; ne-
cessariis
us.

Collectore Hermanno
Torrentino.

BASILEAE apud Tho-
mam Volsium,

AN. M. D. XXXII.
Mense Augusto.

*Hinc maius tibi donamus randoi. librum
Parloris et nostri rommimissu. et les
Nol a ludo ruying, hincm nq; manona Chru.
~~_____~~ mpla parda nora rdt.
Si plarido arripit*